


350/-



Adjicitur.

Ejusdem auctoris, Historia Vinlandiae antiquae, seu Partis Americae Septentrionalis.

GRONLANDIA ANTIQVA,

seu

VETERIS GRONLANDIÆ DESCRIPTIO,

ubi


Cœli marisqve naturâ, terræ, locorum & villarum ſitus, animalium terreſtrium aqvatiliumqve varia genera, Gentis origo & incrementa, ſtatus Politicus & Eccleſiaſticus, geſta memorabilia & viciſſitudines,

ex

Antiqvis memoriis, præcipuè Islandicis, qvâ fieri potuit induſtriâ collecta exponuntur;

Authore

THORMODO TORFÆO,
Rerum Norvegicarum Hiſtoriographo Regio.



HAVNIÆ,
apud Hieron: Chriſt: Paulli
Reg: Univerſit: Bibliopolam,
Anno 1715.

CENSURA.

Illuſtris & de Boreîs Antiqvitatibus optimè meritus Author, inſtar Novi Jaſonis, Argonautas ſuos impellit ad Vellus hoc Aureum recuperandum, qvod non minus doctè, qvàm eleganter deſcribit.

Hafn. d. 1 Maji 1706. P. VINDINGIUS.

ILLUSTRISSIMIS, EXCELLENTISSMIS AC GENEROSISSIMIS HEROIBUS AC DOMINIS,

DN. JOACHIMO DE AHLEFELT,

DOMINO DE OLPENITZ ET BUKHAGEN, ORDINIS DANEBROGICI EQVITI AURATO, SACRÆ REG: MAJEST: DANIÆ ET NORV: CONSILIARIO INTIMO, & PROVINCIALI, ut & ÆRARII REGII PRÆFECTO.

DN. JOHANNI GEORGIO DE HOLST,

DOMINO DE MöHLENHAGEN, ORDINIS DANEBROGICI EQVITI AURATO, SAC: REGIÆ MAJEST: DAN: ET NORV: CONSILIARIO STATUS, SERENISS: DANIÆ & NORVEGIÆ PRINCIPIS HÆREDITARII SUPREMO MORUM STUDIORUMQVE PRÆFECTO, ut & ÆRARII REGII PRÆFECTO,

DN.

Dn. ERNESTO ULRICO DOSE,

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
DANIÆ ET NORVEGIÆ
CAMERÆ SECRETARIO SUPREMO,

ut &
ÆRARII REGII PRÆFECTO,

Dn. JOHANNI ROSENCREUTZ,

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
DANIÆ ET NORVEGIÆ
CONSILIARIO STATUS ET JUSTITIÆ,

ut &
ÆRARII REGII PRÆFECTO,

FELICISSIMA!

ILLU-

ILLUSTRISSIMI DOMINI.

De Gronlandia multi multa qvidem & varia tradiderunt, plures etiam nomen ipſum latiùs exportantes, qvæ circa Spitsbergam ab uno, Fretumq́; Daviſiũ ab altero latere explorari potuêre, iſtô vocabulô complexi ſunt. Antiqvam Gronlandiam primus, credo, ex Danicis Claudius Lyſchander Hiſtoriogra-

phus Regius A. 1608. metricè contexuit, typisq; excudi curavit: ſed materia deſtitutus res Norvegicas deſcripſit; de Gronlandia admodũ pauca, nec præter Epiſcoporum ad certos annos reductorum catalogum, terræq; occupationem, qvod majoris momenti eſſet, tradidit. Exinde vir Cl: Arngrimus Jonas de ea librum latinè conſcripſit; qvi licet publici juris huc usq; factus non ſit, interpretem tamen jam ante pau-

paucos annos nactus, islandicâ lingvâ typis impressus promiscuè legitur. Idem qvoq; Auctor libro, qvem Specimen Islandiæ inscripsit, multa ad hoc argumentum pertinentia inseruit. Post illum Gallus qvidem Anonymus, diu in Dania versatus, non solùm antiqvam illam Gronlandiam, sed itinera etiam ad Novam Zemblam, Spitzbergam, Fretumq; Davisium suscepta accuratè descripsit. Postremus omnium ego illa,

qvæ ad antiqvam Gronlandiam tantùm faciunt, rudi complexus ſtylô, tam ex memoratis Scriptoribus, qvàm monumentis patriæ (id eſt Islandicis Danicisq;) congeſſi, & in præſens ſcriptum redegi: cùm mihi illud ex officio incumbat, utpote qvi in Hiſtoria Norvegica concinnanda jam complures annos deſudo, aliqvasq; illius provincias, qvantum in me eſt, celebraverim; tum etiam qvòd faciliorem viam ad eam inveſtigan-

gandam me monſtraturum exiſtimem, qvàm qvæ hucusq; iis patuit, qvi magnis impenſis iſti negotio expediundo adhibiti ſunt. Etenim cùm biennio abhinc AUGUSTISSIMUS noſter ILLUSTRIBUS ſuis comitatus, dum præcipuas regni hujus partes providiſſimè luſtraret, in tranſitu ad me noctem divertere clementiſſimè dignatus eſt: cumq; tunc de hoc argumento qvæſtio incideret, novâ ego, & hactenus

nemini tentatâ, viâ procedendum reſpondi. Iſtam nunc monſtratum eo. Cæterum cùm impenſæ ad tantam rem perficiendam neceſſariò exigantur, Vobis autem, Viri Illuſt: Excellent: Gener: Ærarii Regii cura providiſſimè commiſſa ſit, illuſtris hujus argumenti examen ad Vos jure pertinet. Tunc enim in illas facillimè conſentietis, ſi evidenter monſtretur, hac methodô negotium ex voto ſucceſſurum, qvod toties ha-

ctenus magno impendio, & solius Regis CHRISTIANI QVARTI decem instructissimarum navium diversis temporibus periculo, præter duas in Fretum Davisium ductore Johanne Munchio missas, & eam, qvam Societas Gronlandica instruxisse perhibetur, incassum tentatum fuit, nec deinceps uno & altero, imò nec tertio experimento, felicius processit. Interea in tanti momenti re, qvæ cœlestis Numinis glo-

gloriam, ac ſubditæ, ſed deſertæ, gentis temporalem æternamq; ſalutem attinet, nunqvam ceſſandum, nec ullis unqvam impenſis qvocunq; tandem eventu parcendum eſſe arbitror. Fortè & tempus atq; experientia multa pandent, qvæ navatam operam largo fœnore rependent, ex qvibus eruditiſſimus Arngrimus Thorchillius, ſuperioris Arngrimi nepos, multa enumeravit, ſanctiorisq; Conſilii Regii Cenſuræ

ræ ſubjeciſſe perhibetur. Et ſi vel maximè emolumenta deeſſent, tamen adeo pii impendii famam non modò immortalitatis albo grata inſcribet poſteritas, verum etiam potentiſſimè tuebitur æternitas, qvâ providente AUGUSTISSIMI REGIS noſtri laurea florentem omni ævo viriditatem conſervabit, donec alia ſublimior, æternum duratura, Ipſi in beatiſſimo Sanctorum cœtu impoſita ſplendebit. Nec divinæ remunera-

nerationis exſortes eritis, Viri Illuſt: Excell: Gener: ſi piis conſiliis currentem incitaveritis potiùs, qvàm longi temporis exemplorum tædiô ſufflaminaveritis. Novimus ſanctiſſimum Regem, Senem pium providumq;, Deo unicè acceptum ipſi Hieroſolymis templum deſtinâſſe: Numen autem iſtam operam Filio reſervâſſe, utriq; propitium: prona enim Patris voluntas Deo grata fuit, qvi & Filio, præter inexhauſtum ſapi-

entiæ

entiæ theſaurum, incomparabilem divitiarum cumulum largitus eſt. Recuperandæ perditæ genti Gronlandicæ, Deoq; inprimis conciliandæ, delectum deſtinatumqve ætatis jam flore virentem Piiſſimum REGEM noſtrum temporum reiq; gerendæ oportunitas perſvadere videtur: de ſucceſſu non erit deſperandum. Aggrediatur modò: propitio Numine pium opus ſuccedet. Hôc votô, hâc ſpe erectior his meis lucubratio-

tio-

tionibus, mihi qvoq;, qvantumvis immerito, Veſtrum, Mæcenates Magni, patrocinium, gratiæq; & favoris inter clientes particulam aliqvam ſupplex imploro

ILLUSTRISSIMORUM
VESTRORUM
NOMINUM

cultor humillimus,

TH. TORFÆUS.

PRÆ-



PRÆFATIO AD LECTOREM.

Qvanqvam haud pauci qvædam de Antiqva Gronlandia ſcripſerint, nullis tamen ea notior fuit qvam Islandis, qvi & primi eam invenerunt, coloniis inſederunt, repleveruntqve, crebris deniqve navigationibus inviſerunt & commerciis freqventarunt. Non igtur mirabere, lector, qvod ſepoſitis aliorum, id eſt exoticorum, Scriptis, horum teſtimoniis, relictisqve poſteritati documentis, in concinnando hoc opuſculo uſus fuerim; non me latet interiiſſe qvædam ex iis qvæ illi olim literis conſignarunt,

inter qvæ etiam Eirici Ruffi vita Codici Flateyensi in testimonium advocata (cujus Cap. III. mentio facta est) qvæ tamen qvod sciam nusqvam exstat, sed tanti non sunt, ut ea qvæ supersunt, præsertim qvæ inter se cohærent, velut conficta vilesqve qvisqvilias rejiciamus, nullumqve iis pondus inesse statuamus, cum ea qvæ vel Scriptorum incuria, vel librariorum negligentia inter se pugnare videntur, ex accurata lectione, forsitan etiam plurium documentorum qvæ ad manus meas nondum venerunt, accessione, facile inter se conciliari possint, qvæ etiam exstitisse confirmat Biornus de Skardsa, in annalibus Gronlandicis p.m. 45. dum testatur Arium Polyhistorem, plurima de Islandia, nec non Gronlandiæ marisqve Septentrionalis desertis, scripsisse, mihi licet

cet

cet non visa: Sed nec ea qvæ supersunt omnes pariter asseqvuntur hinc tabularum Geographicarum varietas promanavit, qvarum exempla eo fine produximus. Antiqvæ inqvam Gronlandiæ res, incolarum originem, mores, resqve gestas ab Islandis tantum notatas hic descripsimus: de Barbaris, qvos Skrælingos vocant, tantum pauca, nec singula intra Gronlandiæ pomœria. Spitsbergam, qvæ Gronlandiæ nomen, sed recentius, usurpat, non attigimus, qvod aliorum scriptis satis celebretur. Sed nec causam cur nostra hæc Gronlandia deserta fuerit, aut qvoties deinde incassum qvæsita exposuimus, qvorum pleraqve liber Norimbergæ (Auctore Gallo anonymo) in lingvam Germanicam translatus ibidemqve excusus tradit.

Testimonia Islandorum unde Gronlandiæ descriptio concinnata est Clariss: Arngrimus Jonas in Specimine Islandiæ partis 2dæ memb. 2do à pag. 150. ad pag. 155. accurate recensuit, qvibus qvædam non satis proba immiscuit, qvæ nos in hoc ipso opere rejicimus.

Primus illi Thorgesillus est, nobis Thorgils, cognomento Orrabeinii alumnus, cujus vitam Gronlandiæ nostræ cap. XVIII exposuimus.

Secundus Thormodus Bessii cognomento Kolbrunarskalld, continuis qvoqve capp: à XIX: ad XXV: à nobis celebratus.

Tertius Refus ab ingenii sagacitate & solertia Kroka-Refus vocatus nobis qvoqve Kroka-Refus. Sed Cap. XXV ad ungvem examinatus, utqve commentitius rejectus.

Qvar-

Qvartus Helgo ab arte rhythmica Skalld-Helgo vocatus, nobis Skalld-Helgius, cujus mentio à nobis Cap. V. pag. 30.

Qvintus Thorfinnus Karlsefnius, de qvo in noſtræ Vinlandiæ Capp: VI: VII: XI: XII: XIII & XIV: actum eſt.

Sextus Biornus Einarius Islandus Hieroſolymipeta: de qvo inſpici poterunt Gronlandiæ noſtræ Cap: IIdum & XXXIIum. Horum auctoritate teſtimoniisqve Arngrimus uſus eſt, ubi notatu dignum occurrit, qvod Bardi Snæfellsaſi hiſtoriam, qvam in ſua Crymogæa & Gronlandiæ deſcriptione ut autenticam allegavit, hic prorſus neglexerit, unde colligitur poſt utrumqve ſpecimen de qvo agimus ab eo conſcriptum fuiſſe, fucumqve tan-

dem Biographi Bardi ab eo fuisse deprehensum. His addi possunt Hermundus Kodranius & frater ejus Thorgils, de qvibus Capp: XXVI & XXIX à nobis actum est.

Nos in locum fabulosæ narrationis de Kraka-Refo accuratissimi Ivaris Berii descriptionem substituimus, viri multæ auctoritatis, qvippe ipsius Episcopi redituum præfecti qvi prædiorum obventiones, mulctas qvoqve & qvicqvid ad Ecclesiæ cathedralis, Antistitisqve sustentationem deputatum erat exigebat & deinde dispensabat, qvod officium Episcopis dignitate proximum, Abbatibus par, Baronibus superius (ut apparet ex Cod: Gulathingens: titulo Landsleigubalk Cap.19. & Cod: Leg. Island. titulo eodem cap. 18) censebatur: non igitur de ejus fide du-

dubitari poteſt, cum & ſibi nota & æqvalibus perſpecta ſcripſerit, à qvibus falſi crimine actutum convinci poterat, ſi decipiendi animum deprehendiſſent. conſentit inſuper cum Islandorum ſcriptis, nec cauſa ſubeſt qvæ talem ſuſpicionem ſuggerat, accedit ad fidem his conciliandam qvæ celebris antiqvarius Biornus de Skardſa ex antiqvis membranis & Hauki Legiferi libro collegit.

His præmiſſis cauſæ omiſſæ in Gronlandiam navigationis breviter inſpiciendæ. Pontanus Hiſt. Dan. lib. VII. pag. 476. à qvibusdam epidemicam luem, atram mortem dictam, ſtatui tradit qvæ anno 1349. ſeptentrionem afflixit. Claudius Lyſcander in ſua Gronlandia metrica, incuſſum nautis, qvi ventorum violentia eo appulerunt, metum, ob

intentatam à Regina Margareta litem, qvâ, de vetitis cum gente illa commerciis rigide postulabantur, id qvod Hvitfeldius ad annum 1389. fusius exponit. Pontanus paucioribus his verbis. Eadem circiter
„ tempestate naucleri nonnulli alii-
„ qve negotiatores Gronlandiam
„ classe petiverant, contra mor-
„ em ac præter edicta Regia id tem-
„ poris longa consvetudine serva-
„ ta, iis etenim diebus Islandia,
„ Westenora (fortè Westmann-
„ eye) Helgelandia, Færoia, Finn-
„ marchia Regis reginæq; propria
„ erant, nec aliorum nisi regis so-
„ lius classibus freqventari solebant,
„ eaqve de causa inter dicta negoti-
„ atoribus jam nominatis, qvi cum
„ declarassent ac verè ostendissent,
„ se nullo studio, sed sola necessitate
„ ac vi ventorum, molibusqve gla-
cie-

cierum aqvis innatantium com- „
pulſos id feciſſe, indemnes & li- „
beri pronunciati ſunt, liqvetqve „
per ea tempora Gronlandicam na- „
vigationem minus fuiſſe pericu- „
loſam, cum nondum coacerva- „
ta eſſet ex Trollebottis (Trollbot- „
nis) glacierum ea copia, qvæ, „
nunc impedit ea omnia ac diffici- „
lia reddit, adeo ut vix niſi à parte „
inſulæ qva libonotum borealem „
ſpectat, terram hodie, qvamvis „
& id ſubinde difficulter, detur „
contingere. Hæc Pontanus. Ad- „
jicit Lyſcander diſtrictos alliis negotiis proceres Norvegos Reginamqve raro in Norvegia manſiſſe, ſævasqve iis annis tempaſtates navigationem impeditam reddidiſſe, misſas tamen naves nunqvam rediiſſe, ſed nec exinde peritos illius viæ nautas, qvippe memorato exem-

plo territos, iſtius profectionis cupidos fuiſſe nec id Reginam curaſſe, miſſum tandem anno 1406, ab Archiepiſcopo Vinoldo Epiſcopum Andream qvi Henrico ſi mortuus eſſet ſuccederet, verum an eo pervenerit nemini conſtare. Mortuam deinde Reginam: ſucceſſiſſe Eiricum Pomeranum qvi implicatus rebus Svedicis curam Gronlandiæ totam abjecerit, ſucceſſorem Chriſtophorum Bavarum, breve regni tempus nactum, civitatibus Hanſeaticis compeſcendis intentum Gronlandiæ inqvirendæ non vacaſſe. Chriſtianum qvoqve primum Svedicis rebus occupatum, Ditmarſiam regno utiliorem qvam Gronlandiam reputaſſe, illius tamen tempore, Andreas ille qvi anno 1461. Gardarum Epiſcopum & Schalholtinæ Diœceſis vicarium ſe pro-

professus est vixisse an in Gronlandiam unqvam pervenerit incertum est, missum certe constat. Excipit Regem Christianum filius Johannes, sed continuis cum Svedis controversiis bellisqve impeditus, Gronlandiæ repetendæ otium nunqvam nactus perhibetur. Sub ejus filio Christiano secundo Archiepiscopus Nidarosiensis Eiricus Valchendorphius, qvæ ad inqvirendam illam terram reqvirebantur apparabat, de qvo Capp. IX & XXI a nobis dictum est. Tradit tamen Joh. Jacobus Hofmannus in suo Lexico universali Nomine Christiani Secundi p. m. 436. eum Gronlandiam à prædecessoribus a missam anno 1513. frustra repetivisse, qva auctoritate subnixus nescio. Poterit tamen consistere, si id anteqvam coronatus est factum statuamus, decessit enim

pa-

pater ejus Rex Johannes eodem anno vicesimo Februarii, Christianus autem solenni coronationis ritu anno seqventi 1514. feria Sacrosanctæ Trinitatis consecratus est, qvæ tunc in undecimum Junii incidit. Ejus successore Friderico Primo regnante apparatam inqvisitionem scribit Claudius Lyscander, sed sine successu nec ad effectum perductam, atqve huc usqve inqvisitio Gronlandica fere vel prorsus omissa est. CHRISTIANUS autem Tertius, Lyscandro teste, navem ad illum finem nautasqve instruxisse atqve eo misisse traditur, qvi eam qvoqve inqvisiverint, nec invenerint, atqve ita irrito conatu redierint, copiam deinde Gronlandiæ petendæ Norvegis omnibus ab eo promiscue factam revocatumqve vetus interdictum, sed unde id habuerit, mihi non-

nondum liqvet. Certo autem constat filium ejus FRIDERICUM Secundum & omnes ab eo Reges usqve hodiernum Auguſtiſſimum noſtrum magnis impenſis eam inveſtigandam curaſſe, & illum qvidem anno 1578. per Magnum Heinſonium virum Færoienſem nauticis artibus innutritum, ſolertiæ fama inclytum, qvi glacie tempeſtatibusqve repulſus, terram qvidem vidit, non attigit, ipſius navis medio pelago velut anchoræ alligata, qvantumvis ventis acriter impulſa aliqvantiſper immota ſtabat, ſcopulos magneticos in fundo divinabat, à piſce qvi remora apellatur moratum eum alii conjiciunt, tandem re infecta in Daniam rediit. Eodem anno celebris Anglus Martinus cognomento Forbiſſer ad eandem terram inqvirendã profectus, terram qvidem vidit, glacie

cie

cie autem & imminente hyeme ulteriore inqvisitione prohibitus in Angliam rediit, proximo autem vere tribus navibus à Serenissima Angliæ Regina Elisabeta instructus, ultimo Maji portu solvit; postqve infestam tempestatem & monstrosis glacierum molibus impeditam longam navigationem, terram tandem consecutus in feros homines incidit, qvi visis Anglis ad se abducendos intentis consternati relictis casis in montium præcipitia certatim fugientes in subjectum mare se præcipitabant, pars latebris se abscondentes congressum eorum vitabant: casæ iis coriis balenarum tectæ qvatuor columnis viminibus inter se revinctis innitebantur, duabus foribus in occidentem & austrum directis conspicuæ, sed contra aqvilonem & evrum qvi eas

ma-

maxime infestant, curatissime munitæ, in una harum deformis & fæda anus mulierqve prægnans in potestatem redactæ, lustrati montes, trecenta dolia arenæ aureo argenteoqve colore tinctæ avecta, notati gentis mores & ingenia astuta, animaliumqve genera, cognitum aliam in vicinia gentem cultiorem sub Principe qvem Cakiunge appellabant late imperante, qvem cives humeris suis insidentem veherent, ipsi vestem ornatissimam gerentes aureis diadematibus frontes revincti (his non absona sunt qvæ Vinlandiæ Cap. XIV. pag. 63. narrantur) qvæ omnia itinerario ejus prodita hic recensere superfluum videtur, cum ad antiqvæ Gronlandiæ incolas nihil pertineat, nec enim notatum reperio qvoto gradui æqvatoris gens ista subjecta sit itaqva ad Sere-

Serenissimos Daniæ Reges, unde digressi sumus, redibimus.

Post FRIDERICUM Secundum filius ejus CHRISTIANUS Qvartus qvaternis vicibus naves in Oceanum Gronlandicum magnis impensis ablegavit: prima qvidem navigatio Anno 1605 duce Gotschio Lindenovio nobili civi tribus navibus adornata, qvi velis in ortum æstivum directis ad oras Gronlandiæ appellens jactis anchoris, multis indigenis scaphis advectis exceptus est, qvibus humaniter susceptis vinum propinavit, qvod cum palato ipsorum non saperet, oleum ex piscibus poscebant, acceptumqve ut delicatissimam potionem avide hauriebant, inde merces suas ad navem convehebant, vulpium exuvias, phocarum, vitulorumqve marinorum & ursorum pelles, singularis

cujus-

cujusdam balenæ cornua vel potius dentes, monocerotum ſpeciem referentes; hæc viliſſimis qvibusvis mercibus, puta acubus, fibulis & uncinulis permutabantur, auro argentoqve ſpretis, ferrum necesſitate exigente expetebant, centuploqve redimebant, proqve his cymbas, remos, arcus, ſagittas aliisqve deficientibus etiam veſtes exuentes, interulas erogabant; ſi de permutatione non conveniret, ſuum qvisqve repetebat. Ternis in illo portu diebus exactis cum anchoram ſolveret, duos viros, qvi in navi ejus remanebant, ſecum ducturus, cum tantam vim opponerent, ut ex manibus capientium in ſubjectum mare ſe præcipitaturi prope elaberentur, poſtqvam verberibus usqve ad ſangvinem neqvicqvam vapulaſſent, in vincula conjecti ſunt, illi vero

qvi è terra captivitatem ſuorum ſpectabant, ingenti telorum lapidumque fundis excuſſorum nimbo eos inceſſerunt, donec exploſis è navi ſclopetis territi effuſa fuga in ſuperiora diſpergerentur. Secunda anno 1606. qvinque navibus, eodem præfecto, Regiis impenſis. Tertia duabus navibus, præfecto Caſtiano ſive Chriſtiano Richardo (neſcio qvo anno) ſumtibus etiam Regiis. Qvarta navigatio impendio Regis duabus navibus, præfecto Johanne Munchio anno 1616. adornata ab eoque diligenter deſcripta, non ad inveſtigandam Granlandiam antiqvam, ſed fretum aliquod per qvod in orientales terras Catajam Chinamve curſus inſtitui posſit. Qvinta anno 1636. ſumtus conferente Societate Gronlandica Hafniæ inſtituta cujus caput erat Illuſtrisſimus

aulæ

aulæ Regiæ magister, ut vult citatus Gronlandiæ scriptor, mihi non liquet qvinam is fuerit, inter Franciscum Ranzovium qvi anno 1632. mortuus est, & Cornificium Ulfeldium, qvi anno 37. ejusdem seculi, Prorex tantum, postea aulæ magister constitutus est; sed cum in eadem narratione eum Cancellarium appellet, comperio fuisse illustrissimum Christianum Frisium. Hac arenam tantum aureo colore è freti Davis littore invectam jussu ejusdem Cancellarii, in mare Balthicum effusam idem Scriptor tradit, idqve imperiti aurifabri culpa, qvi aurum inde elicere nesciverit, qvod tamen alteri postea felicius successisse affirmat. Fides sit penes eum. Et hæc qvidem sub CHRISTIANO Qvarto.

Anno 1654. ſub Auguſtisſimo Rege FRIDERICO Tertio felicisſimæ memoriæ, primo Domino meo Clementisſimo nobilisſimus vir Henricus Mullerus navem ad Gronlandiam ablegavit, præfecto David de Nelle, qvi tres inde fœminas Hafniam retulit; qvarum nomina, Kiuneling, Kabelau & Sigokou, illum Epiſcopus Thorlacius qvi ephemerides ejus inſpexit, Herjolfsneſiam proxime accesſiſſe ſtatuit; verum perierunt illæ (ſcil: ephemerides) prædonibusque Scotis inter plura qvæ ſecum in patriam devexerat in prædam ceſſerunt. Ultimus qvi Hafnia ad inveſtigandam Gronlandiam, fretiqve Davis indolem explorandam, à glorioſisſimæ memoriæ Rege altero Domino meo clementisſimo CHRISTIANO Qvinto annis 1670. & ſeqventi misſus

ſus eſt, præfectus navalis Ottho Axelius, qvid priori anni reditu retulerit exploratum non habeo, poſteriori nunquam rediit; qvid de illius eventu, in Islandia audiverim, ubi tum illius è Gronlandia reditum oppertus ſum, ipſum domum ſecuturus (qvamvis cum relationibus, qvas ex Hollandia excepi, conveniat) qvippe idoneis teſtibus deſtitutus, lubens prætereo. His tantis expenſis nec ad antiqvæ Gronlandiæ veterisqve coloniæ, neqve ad notitiam pelagi Davis tantum profectum eſt, ut conſtet an via in mare Pacificum uspiam pateat, an perpetuæ continentis objectu præcluſa, indagantium induſtriam eludat, contra veterum opinionem qvam auctor Geiplæ his verbis prodit. Milli Vinlands og Grænlands „

„ er Ginungágap, þat geingur ur
„ hafi þvi er heitir Oceanus ; þat
„ hverfr um allan heim. Qvod Verelius Notis ad Hiſtoriam Hervörian: Cap. I. pag. 27. voce Elivogar ita vertit. Inter Vinlandiam & Gronlandiam eſt Ginungagap, qvod ex Oceano diſcedit, qvi univerſum terrarum orbem circuit. Ex præmisſis ſatis, ut ſpero, & fidem noſtræ Gronlandiæ conciliavimus, & causſam omiſſæ navigationis & repetentium induſtriam oſtendimus; ſupereſt ut horum errata monſtrem cauſamque aperiam cur toties voti irriti propoſitum ſibi ſcopum nunqvam attigerint. Et error qvidem omnibus erratus, unus tantum eſt. conſiſtitque in eo, quod ad Orientalem coloniam (Auſturbigd) ut plurimum contendentes, cum obvia gla-

glacie nimium colluctati, occidentalem terræ partem vel non ſatis mature adierunt, vel poſtquam adierunt, littorales oras qva oportuit diligentia minime luſtrarunt, longoque à Dania intervallo, ſero nimis ad mare Gronlandicum acceſſerunt: alii freto Davis ſcrutando tantum intenti ſi qvæ via ad mare Pacificum duceret inveſtigandam ſibi propoſuerunt, de Antiqva Gronlandia ſecuri: equidem mare Gronlandicum à Dania remotius eſt qvam ut ejus natura ab eis qvi tarda navigatione eò ex longinqvo deveniunt, exigua æſtatis parte nedum ipſa terra, vel decumanæ iſtius glaciei indoles, an continuo littora, vel ſtatis anni temporibus, obſideat, iterumque recedat, poſſit explorari. Compendioſiore itaque via procedendum erit, qvæ præ

omnibus nationibus Auguftisſimis noſtris Regibus, iisque ſolis, patet; cum Islandiam ditione teneant. Inde enim primis vernantium annorum partibus, ne magnis qvidem navibus, navigatio ſemel iterumque tentanda, donec ad glaciem perventum eſt, qvæ ſi adeo interjectum mare repleverit, ut ne ad fretum Forbiſſeri (qvod tamen vix fieri poterit) tutam navigationem reliqverit, ſemper tamen in Islandiam indemnis recurſus patebit, idque qvousque miteſcente cœlo in tutam aliqvam ſtationem navis deducatur: eſt autem continens lateris borealis freto Forbiſſeri adjacens, pars illa occidentalis Gronlandiæ quæ antiquitus Veſturbygd fuerat, inter qvam & coloniam Orientalem (Auſturbygd) aliis compendioſiore forte via qvindecim
mil-

milliaria Germanica, aliis ſpatium, qvantum hexeri ſex remigibus actæ, ſex diebus metiri qveas, iſti remiges ex Islandia deducendi, acatiisq; idoneis inſtruendi, militumque loricatorum præſidiis muniendi, ne indigenarum ſagittis, vix à deſtinatis aberrantibus, obnoxii pateant, qvæ licet osſibus præfixis hebetiores videantur, magno tamen robore impulſæ qvin acriter incidant, pelliceasque veſtes penetrent, nullus dubito: qvinquaginta ad minimum milites ad id reqviri videntur, qvorum viginti ad ſcaphas relinqvendi, cæteri continentem luſtrabunt, nec tamen longe à littoribus, nam habitationes veterum parum inde disſitas fuiſſe; commoditates ex aperto mari qværendæ, ſi aliæ rationes deeſſent, ſatis tamen perſvaſerint. Interea vectoria illa navis, qvæ illos

ex Islandia devexit, in proxima ſtatione collocanda reditum eorum exſpectabit: unius æſtatis opus eſt, qvo abſoluto Islandia repetenda, ibique hyemandum, patebit inde an veteribus cultoribus nudata Auſturbygd, prorſus deſerta ſit, an in eorum locum Skrælingos receperit, qvo cognito conſilia pro re nata varianda ſunt: interea profuerit ſi altera navis in freto Davis commercia cum incolis exercuerit, ut ſi minus lucri compareat: expenſas tamen aliqvatenus ſuppleat, mercesqve in Islandiam, illorum hibernis perpetuò deligendam, revehat, qvæ inde cum mercatoriis navibus Hafniam commodiſſime transportari poſſunt, referriqve qvotannis ea qvæ Gronlandis vendenda ſunt. Neminem tamen eredere vel in piisſimos

ſimos Reges noſtros iſtum præcipue ſcopum intentioni ſuæ impenſisque præfixiſſe: gloriam Dei iis præ omnibus aliis ſollicitiſſime qvæſitam, indefeſſum Chriſtianæ religionis promovendæ pietatisqve ingenerandæ ſtudium apprime declarat: hinc aliis Eccleſiæ, aliis Scholæ, aliis Academiæ, aliis horum ſingula, vel excitata vel aucta vel reſtaurata, omniaqve qvæ huc ſpectant abunde procurata: Iratum genti Numen, iſtam tantam, tam diuturnam, tam acerbam calamitatem inflixiſſe ſtatuerim, qva humaniorum gentium, & qvod omnia ſuperat, rerum ſalutiferarum conſortio, tot annorum centuriis excluditur: piis itaqve precibus Deus ante omnia propitiandus, ut tandem illius miſertus pœnisque exſatiatus, Sanctiſſimis Regis noſtri conſiliis conatibusque in il-

la

la recuperanda, Ecclesiæque pomæriis (qvod unice intendit) inserenda, purioribusqve sacris initianda, clementer adspiret, viamque & media ad tantam rem perficiendam ipsemet monstrare, adqve nominis sui gloriam, ipsiusque honorem, singulorumq; æternam salutem dirigere dignetur.


Hoc cum Clariss. Trogillus Arnkelus jam diu optaverit, gaudeo illum eandem qvoque viam, qvam hic monstravi, & vidisse & probasse. Opere de Ethnicorum Cimbrorum religione lib. VI. de conversione Cimbrorum cap. V. paragr. 13. pag. 329. qvod autem primam eorum conversionem ad Archi-Episcopi Ansgarii tempora referat, omniumque Islandorum documentis, ipsique adeo Ario Polyhistori deroget, qvippe qvi non integro seculo ab excul-

exculta primum Gronlandia natus eſt, cujus etiam avus, cum uno ex Eirici Ruffi ſociis collocutus eſt, qvi eum cum Gronlandiam tunc incolere cæperat, ſecutus eſt, probare neqveo. Concedo privilegia S. Ansgario in fundatione Archiepiſcopatus Hamburgenſis ab Imperatore Ludovico Pio & Pontifice Romano Gregorio Qvarto annis æræ Chriſtianæ 834 & 835. collata ex Archivis Exedræ ſeu capituli Bremenſis deprompta, tot Eccleſiis doctisque viris probata totiesque citata, qvibus Islandia & Gronlandia Eccleſiaſticæ ejus jurisdictioni ſubjiciuntur, irrefragabilem ſibi auctoritatem vendicare, cui ſine temeritatis nota contradici neqveat, ni jam invicta originum Islandiæ, hiſtoriarumque in hoc argumento ſibi ubique con-

conſentientium teſtimonia iſta culpa dubitantem præſertim gentis ſuæ civem non ſolum abſolverent, ſed etiam ad diligentiorem inqviſitionem, auctoritatisque ſuæ abſolute neceſſariam defenſionem tutelamque ſuſcipiendam impellerent: talem enim argumentationem præſcribunt; aut Arius Polyhiſtor Scriptor fide digniſſimus, temporumque eorum proximus, mentitur, avum ſuum ab Eirici Ruffi ſocio, qvi comitem ei ſe adjunxit, cum in Gronlandiam colonias primo traduceret, de ejus excultæ origine certiorem factum, idque in ipſa Gronlandia cum ibi negotiaretur; aut avus ejus, vir eximius inque patria ſua celeberrimus, nepotem ſuum conſulto decepit: aut denique inſtrumenta Imperatoris & Pontificis

cis, de qvibus ſermo, qvoad Islandiam & Gronlandiam à falſariis corrupta typis deinde deſcripta ad nos pervenerunt. Priora duo cum Arngrimus & Thorlacius abſurdiſſima ſtatuiſſent, nulla temeritate ſed evidenti neceſſitate coacti, de avtentia inſtrumentorum iſtorum controverſiam moverunt, qvam etiam adductis ſimilibus aliqvot exemplis, non ſine ratione ſuſpectabant. Ego ita concludo, qvod ſi eorundem inſtrumentorum alia exempla ex aliis archivis depromi poſſent (& ni fallor depromta ſunt) ubi nulla harum terrarum mentio exſtat, planum ſimul evadit autographum Bremenſe corruptum eſſe, donec exiſtant viri fide & auctoritate omni exceptione majores, qvi illud appenſis Imperatoris Pontificisqve genuinis ſigillis ſe oculis perluſtraſſe ſincere

re teſtentur. Hæc ſunt de qvibus te Lector humaniſſime monere volui. Duo tamen, qvæ poſtea ſuccurrerunt, adjiciam, unum qvod Epiſcopi qvidam ab illuſtrisſimo Hvitfeldio notati, hic ideo omisſi ſunt, qvod in antiqvitatibus Islandicis nusqvam reperiantur, qvorundam etiam ordinationis & emortuales anni illi notati ab iis diſſentiant: alterum ingenua erroris confesſio in nomine Ivaris Berii qvem corruptam lectionem ſecutus perperam Bevium ſcripſi. Tuum erit hoc qvalecunqve de Gronlandia antiqva ſcriptum in meliorem partem accipere, & ſi qvæ emendanda ſunt monere, omiſſa ſupplere, dubia commode interpretari. Vale & his fruere.



Elen-

Elenchus Capitum hujus Libri.

CAP. I.
De ratione nominis. pag. 1.

CAP. II.
De occasione inventæ Grönlandiæ, ubi de insula Gunnbiarnarskere. p. 4.

CAP. III.
De inventione Grönlandiæ & ejus inventore. p. 9.

CAP. IV.
De iis, qvi Eiricum ex Islandiâ secuti Grönlandiam cœperunt incolere. p. 17.

CAP. V.
De Grönlandiæ situ, ejusq; desertis. pag. 21.

CAP. VI.
De Grönlandiâ habitabili vetusti libri libri descriptio. p. 36.

CAP. VII.
Continens Ivaris Bevii, alùs Berii, descriptionem. p. 41.
CAP. VIII.
De dissentientium descriptionum qualicunq; conciliatione. p. 55.
CAP. IX.
De ratione navigationis ex Norvegia vel Islandia in Grönlandiam dirigendæ veterum traditiones à Petro Claudii Undalino congestæ, quæ descriptione pag. 172. continentur, collatæ cum chartaceo meo exemplari. pag 63.
CAP. X.
Continens Episcopi Theodori Thorlacii topographiam. p. 74.
CAP. XI.
De iis, quæ in Gronlandia proveniunt. pag. 82.
CAP. XII.
De generibus phocarum & cetorum ex Speculo Regali Islandico. p. 87.

CAP.

CAP. XIII.
De monstris marinis, & absurdâ speculi Regalis narratione. p. 97.
CAP. XIV.
De constitutione cœli. p. 101.
CAP. XV.
De Grönlandorum victu. p. 104.
CAP. XVI.
De iis, quæ vel Grönlandi gesserunt, vel alii in eorum terrâ perpetrârunt; peculiariter autem primò fabula de Helga Bardi filiâ. p. 107.
XVII.
De Leifo Eirici Rufi filio, introductâq; per eum in Grönlandiam fide Christianâ. p. 127.
CAP. XVIII.
De gestis Thorgilsis Orrabeinii privigni in Grönlandia. p. 130.

CAP. XIX.
De gestis Thormodi Kolbrunarskalldi in Grönlandia, & primò de actis cædeque

deque socii ejus Thorgeiris Havardi filii. p. 151.

CAP. XX.

De Thormodo ad ultionem exeqvendam ex Islandiâ in Norvegiam profecto, cædeqve ibi perpetratâ, in satellitium Regis ascito, ejus itinere in Grönlandiam, cæde in Brattahlide, & accessu in Stockanesiam. p. 158.

CAP. XXI.

De cæde Thorgrimi Trollii, à Thormodo perpetratâ, ejus effugio, latebris, & capitis damnatione. p. 168.

CAP. XXII.

De conflictu Thormodi cum nepotibus Thorgrimi eorumqve cæde. p. 175.

CAP. XXII.

De Thordisis persecutione. p. 180.

CAP. XXIV.

De Lioti de Laungunesia cæde cum tribus

bus comitibus à Thormodo & Steinare occisis, p. 186.

CAP. XXV.

Continens succinctam Arngrimi expositionem de Kroka-Refo, totiusqve narrationis refutationem; ut & de Thrando qvodam Norvego in Grön*landiam à Magno Bono ad evitandam Haraldi Strenui persecutionem misso.* p. 193.

CAP. XXVI.

De *Institutione Episcopatus in* Grönlan*dia.* p. 217.

CAP. XXVII.

De *naufragis inventis, eorumque nave, sedi Episcopali delegatâ, bonorumqve divisione.* p. 222.

CAP. XXVIII.


De *cæde Aussuris.* p. 228.

CAP. XXIX.
De cæde Einaris & Compositione pacis. p. 231.

CAP. XXX.
Continens catalogum Episcoporum Grönlandiæ, cum qvibusdam aliis notatu dignis, ex Annalibus, qvos ad manus habui. pag. 241.

CAP. XXXI.
Præcepta Archiepiscopi Eirici Valchendorphii, nautis in Grönlandiam destinatis data. p. 258.

CAP. XXXII.
De Biörno Hierosolymipeta, & indiciis de Grönlandis posterioribus temporibus exceptis. p. 260.



Desi-

Desine mollium qverelarum,
Gronlandia!
Rates,
Ratæ usq; adhuc,
Erratum tuum pelagus semper hybernaturum, glacie immitî, & decumanîs fluctibûs horrendum,
Diutiùs
Obliqvis *non* trepidabunt undîs,
Nec deviô itinere in Cretico qvasi
Labyrintho de portibus tuis
Errabunt,
Accuratô hodienum Amusiô orbitis tuis
Denuò
Inerrare sine errore,
Docente,
Nobilissimô & longè Celeberrimô
Dn. THORMODO
TORFÆO,
Historiographô Regiô.
Ovans,
Gronlandia,
Rusticus qvilibet tuus sumat trechedipna,
Et ceromaticô ferat niceteria collô:

Te enim,
Sociis jamdiu *viduatam*,
Sofii jam nunc *visitant*,
Nunciaturi,
Obortam,
Violatâ *Aræ Artoptæq;* reverentiâ,
Hinc *esuriem*, illinc *barbariem*
Tandem aliqvando depellendam:
Dum
Lustra, Te, LX, avt plus eô,
vix avt rarò *lustratam*
Illustrat noſtrô ævô Avtor *illustris*,
Ut non amplius ferè in bivio, ut ajunt,
Hercules, qvin
Perlustreris,
Illucente qvàm primùm *ſidere* felici;
Modò eâ, qvâ par eſt, pietate inceraveris
Genua *Dei*,
Et mercede ſev proventu emeris avricu-
las Avdientiamq; *Regis*.
Deo Duce & Avſpice,
Rege Diſpenſatore,
Torfæo ſvaſore,
Non deſperandus hic avſus,

Nec

Nec ulterius æqvor fulcaturis Gronlandicum timenda,
Rabies Noti,
Præceps Aqvilo,
Procellarum mugitus,
Triftes Hyades,
Mare turgidum,
Infames, ut Acroceravnia, fcopuli,
Monftra natantia,
Promontoriorum ad inftar glaciatæ undæ,
atq;
Ultimus ærumnæ cumulus.
Nubem eapropter fupercilio demas
Regionum Borealium
Caput hyperboreum,
Cui, caliginosâ nocte fatis preffo,
Nubila detergere fatagit
Antiqvitatum Borearum
Grande decus columenq;
Torfæus.
Nuper
Vinlandiæ

Sev

Sev Americæ inventæ gloriam
non Hispanis, sed Norvegis,
Qvi eam seculô post C. N. X. adierunt,
Vindicavit;
Nunc
Antiqvam iterum Gronlandiam
Suis sociandam Danis repræsentat:
Utrôq;
Idem A. MDCCVI.
De Monarcha Dan. & Nor. Avgu-
stissimo
FRIDERICO
QVARTO,
Qvod A. MCCLX.
De HAQVINO Norveg. REGE
Effatum,
Tanqvam tibicine valde validô statuminat;
Ejus imperium ad ipsum
usqve polum se extendit.
Sic Sereniss: Regis nostri monimentum
Avro valentius,
Ære perennius;

Rega-

Regaliq; ſitu pyramidum altius,
Cum ſua Avtoris Lavde,
gloriosè exegit
Torfæus.

Illud nunqvam diruet innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum:
Hunc iccirco, honore dignum *immortali*,
Mori qvoq; vetabit
Muſa

Jacobi Rasch.

Epigram-

Epigramma

ad

Nobilisſimum, Clarisſimum atq;
Doctiſſimum Virum,

Dn. THORMODUM TORFÆUM,

Sacræ Regiæ Majeſtatis Dan. & Norv. &c.
Aſſeſſorem in Collegio Conſiſtoriali,
nec non Hiſtoriographum digniſſimum

Amicum & Fautorem
æternùm colendum.

Fertur ob ingentes THORFÆUS ad aſtra labores,
Laudatè impendit qvos nuper, Dogmate plenus,
Qveîs aditum Oceani nobis monſtravit ad undas
GRONLANDÆ ANTIQVÆ, qvâ non latet altius unqvàm;
Sic THORFÆE tuum nobis ſuper Aſtra ferendum
Nomen erit meritò, ceu qvi vada pervia monſtras.

Gra-

Gratulor usq; tuis cœptis felicibus, I præ,
Teq; Viatorem jugitèr ſectando ſeqvemur.

Ita Gratulabundus ſcripſit Hafniæ
Die Tertio Menſis Julii
Anno MDCCVI.
S. P. SAXO
Paſtor Civitatis Tranqvebariæ in
India Orientali.

VIRO
Nobilisſimo atq; Amplisſimo
DN. THORMODO
TORFÆO,
Hiſtoriographo Regio, Antiqvitatum
Borealium feliciſſimo inſtauratori,
Mæcenati ſuo ad cineres ſubmiſſè venerando,
Hiſtoriam ac Deſcriptionem Grönlandiæ Antiqvæ, cum conſilio eandem recuperandi, edenti,

ita plaudit
Ipſius Nobilitatis
cultor & cliens humillimus,
THORLEFUS HALTORIUS Isl.

Qvem non meabit Dædalus aëra
Pennis levatus, dum gelidam petit,

Di-

Dictes Cydoniæq; Cretæ
Impatiens, fugitivus Arcton?

THORMODE Noster, qvò penetrantior
Non permeabit cælite collita
Dextrâ & valentiore cerâ
Penna Tibi! datur ecqvid ultra!

Lustrata pridem cærula Nerigon
Tibi, nec isto præterita est pede
Færoja, nec longùm remotæ
Orcades, aut loca spreta Mannæ,

Nunc orbis ultra litora inhospiti
Iter paratur; nunc premitur polus,
Blaserkus ubi collo minace
Stelligerum levat æqvus axem,

Frustra minantur nunc & aqvatica
Vicina densis marmora nubibus
Periculum, frustraq; monstra
Oceano caput alta tollent,

Assvesce castis gens fera moribus;
Extolle lætum de tenebris caput;
Ignobilis Skrælingus olim
Nunc celebris sua noscat acta,

Solers legentûm desine dextera
Plures recessus velle, sed hîc mane.
THORMODIANI namq; scripti
Terminus est hic & orbis idem.

Ei-

Eidem

Authori Libri hujus Elegantiſſimi,

Nobilisſimo & Amplisſimo

Dn. THORMODO TORFÆO,

Qvalecunq; hoc honoris
τεκμήριον
p.
MAGNUS ARETHA THORKILLIUS
Island.

Qvas non per latebras, qvæ non per inhoſpita tesqva
Ardua virtutis gloria pandit iter?
Ultra Sauromatas, & qvá polus urget uterq;
Et qvascunq;, premit toſta pruina vias.
Invia nulla via eſt virtuti ex aſſe ſtudenti,
Nec timet excelſi ſcandere tecta poli.
Et THORMODE Tuis ſunt hæc bene clara libellis
Audes ignotas dum reſerare vias.
Vive diu felix, ævi decus, atq; ſuperſtes
Vive diu. patriæ ſis honor usq; tuæ,

Inte-

Interea gratâ tibi mente reponimus iſtud
Elogium. qvod nunc poſtulat iſte liber.
Multa tibi debet GRONLANDIA; multa dabuntur,
Si qvantum fieri vis, fieri inde poteſt.



CAP.



Cap. I.
De ratione nominis.

Gronlandiæ nomen pluribus terris commune Antiqvitates ſuggerunt, & primo omnium provincia qvædam Uplandarum Norvegiæ, qvam Petrus Claudius Undalinus ad occiduum lacus Mios latus collocat, illud ſibi proprium vindicavit. Illic Haraldus Sancti Olafi pater, Gudriodi Regis Veſtfoldiæ filius, poſt cædem patris metu profugus, à teneris educatus Grænskii ſev Gronlandi cognomen conſecutus eſt. Unde facile concluditur ab ultima memoria iſto nomine inſignitam fuiſſe. Alteram ſed diverſo ſitu, fabuloſa Aurvaroddi vita nobis ſuppeditat, cujus deſerta ad Spitzbergam usqve, extenduntur, latusqve ſeptentrionale Hellulandia, ſub gradu lati-

tudinis 73. longit 5. claudit: ipsa septentrionalis extremi oceani fluctibus exposita, uti id ex Jonis Gudmundi mappa, cum Theodori Thorlacii collata, facile colligitur. Illuc per mare Gronlandicum in austrum, cursu deinde in occidentem flexo, Oddus navigasse traditur. Septentrioni igitur obversum Hellulandiæ dorsum australius erat loco, unde ille navigabat. Sed hæc ad fabulas releganda; interqve ea, qvæ mediæ ab inventa nostra Gronlandia ætatis tenebriones commenti sunt, vel commentis dehonestarunt, numeranda existimo. Neqve enim Spitzbergæ, vicinoqve ei territorio, nomen ex hoc fundamento posteritatem indidisse verosimile est, sed qvod nostræ Gronlandiæ contiguum crediderint, qvam hic describendam suscepimus.

Nomen à viridi, qvod prisca hodiernáqve lingva grønt/aliis grænt, emanavit; sed pro varietate dialectorum variè pronunciatur, Danis o in ö impurum efferentibus, utet Norvegis hodiernis; Islandi contra primitivi rationem exprimunt per simplex æ, cum vocem grænt ex vocali-

bus

bus a e vel a i conflatam; cæteraqve inde derivata, apertis ita labiis pronunciente ut utriusqve literæ plena habeatur ratio, more forsitan Græco in vocibus καὶ, ἄιδως, qvod & Angli etiamnum faciunt. Sed hinc & pluribus aliis ostenditur, hanc diphthongum rectius per e pronunciari. Est itaqve Gronlandia sev Grænlandia, qvasi viride solum, nam land neutrius generis est, scribereturqve Græntland, sed per Ellipsin, omissa litera T, fit Grön, sev Grænland. Est autem vox adjectiva trium terminationum, in genere masculino grænn, fæminino grænn, neutro grænt, hic & hæc viridis & hoc viride, â verbo græ vireo, grær vires & viret. Præteritum facit greri & supinum grænt. Infinitivum at groa; hinc substantivum grodi, viror, & nomen fœminis proprium, Groa. Grodr germen item lucrum, & groinn sanatus, pluraqve alia, qvæ conqvirere non attinet. Hinc nomen Gronlandiæ profluxit, qvod lætis pascuis silvisqve virescerет, dotibus terræ in majus auctis, ad alliciendos advenas nominis qvoqve gratia velificante. Hanc etymologiam Adamus Brem: in Septentrionali-

 um

um insularum descriptione qvoqve audivit, licet rationem non observaverit: illos enim à salo cæruleos appellatos existimat. „ Homines ibi, inqvit, à salo cærulei, un- „ de regio illa nomen accepit, qvi similem „ Islandis vitam agunt, excepto, qvod cru- „ deliores sunt, raptuqve piratico remi- „ gantibus infesti. Ad hos etiam sermo „ est nuper Christianitatem pervolasse. „ Ita ne, ex fama tantum hæc comperta „ habuisti? cùm tamen Libri IV. cap. XLII. scripseris legatos ab ipsis ad Archiepiscopum Adalbertum missos, petentes, ut illuc prædicatores dirigeret, idqve statim factum & certe tuo tempore.

Cap. II.
De occasione inventæ Gronlandiæ, ubi de insula Gunnbiarnarskere.

Gunnbiornus qvidam Ulfi Krakæ filius, post inventam à Gardare Islandiam, (qvam is de nomine suo Gardarsholmam appellavit) remotiùs circumvectus, insulam

lam qvandam conſpicatus, in comparatione ad Islandiam exiguam, ſcopulum Gunnbiorni, ſev Gunnbiarnarsker appellavit, qvod vaſtiſſima inſula, Gardarsholmæ, ſev exiguæ inſulæ nomen reportaverit. Hanc tamen in variis hiſtoriis, land ſev terram, interdum qvoqve magnas inſulas vocari, Biornus de Skardtza perhibet, qvæ tamen mihi nunqvam viſæ ſunt: Adjicit deinde Hallbiornum qvendam & Styrbiornum, ipſam longo poſt tempore exculturos, eò navigaſſe, veſpereqve qvodam appuliſſe. Conveniſſe autem inter eos, ne eam niſi conjunctim accederent. Deinde poſtqvam Scapham in mare demiſiſſent, omnes cubitum iviſſe; de nocte verò præfectorum alterum furtim adremigantem incidiſſe in cadaver recens conditi hominis, cujus ſub humeris ethnicorum more theſaurum ære gravem invenerit, inqve navem ſecum devexerit, ſeqve, lecto repetito, ſomno applicaverit: cæptæ deinde lucis obſcuro, cum omnes ſurrexisſent, indicio ſcaphæ cognitum, contra pacta ſocietatisqve, qvæ in partes lucri æqvales convenerat, regulas, qvendam in-

 ſulas

ſulas aſcendiſſe; idqve alterutri præfectorum imputatum. Hinc ortas inter eos contentiones ad mutua verbera proceſſiſſe, donec excuſſus theſaurus in foros decideret. Tunc verò ſingulis ad arma concurrentibus, nautas omnes in factiones tractos ſuo qvemqve duci militaſſe, donec utroqve occiſo, pauci, qvi ſuperſtites fuerant, & ipſi vulneribus ægri, Islandiam repeterent, ubi hæc expoſuerunt. Idem Biornus Landnamam ſev librum de originibus Islandiæ hæc tradentem inducit (qvi tamen locus in impreſſis exemplaribus non extat), qvòd Auſtmanni (ita enim Norvegos Islandi appellarunt) in portum qvendam hujus inſulæ delati, nullas ibi domos reperierint, ipſos autem in crepidine caſas ſibi extruxiſſe. Addit præter hæc alias narrationes hominum, qvæ harum inſularum exiſtentiam confirmant, & primo Biorni Hieroſolymipetæ præfecti Islandiæ, qvi, teſte eodem, anno MCCCXCI. ad eas appuliſſe dicitur, non tamen terram conſcendiſſe; Ut & Clementis cujusdam de Latris Adalvichæ, qvem ante qvinqvaginta annos vixiſſe perhibet,

circi-

circiter, ut colligo, annum MDLXXX. Hunc, contracta præfecti offensa, vexationem subterfugiturum, ad lembum qvendam piscatorum Anglorum, qvi ad istas oras freqventes piscantur, profugisse, iisqve operam suam mercede locasse, pactum prius, ut ante eorum discessum se in terram exponerent, qvo tutius delitescere posset, invalescente opinione se ipsos in Angliam secutum esse. In montanis deinde latebris absconditum à ministro suo Thordo, cui inde proditoris cognomen adhæsit, proditum. Hunc, ait, retulisse, Anglos ad orientalem insulæ Gunnbiorni finem appulisse, nec tamen magnitudinem ejus lustrasse, tandem scopulum qvendam duabus scaphis accessisse, alteram avibus, qvæ Geirfuglar appellantur, replevisse; altera terram accessuros omnem sinum piscibus refertum deprehendisse, & statim iis cimbam onerasse, se qvoqve interfuisse, qvi herbidum illic & amænum solum piscosumqve mare retulit, qvod specie tantum scopuli & desertæ holmæ appareat. Johannem qvoqve Eliæ filium, tabernæ Isafiordensis merciumqve exercitorem testatum, refert,

 se

ſe vento in illam oceani partem caliginoſo cœlo depulſum, cum ſerenaſſet, terram conſpexiſſe, ſimul etiam in oris maritimis acervos induratorum piſcium, ſaxeaqve conditoria, qvalia in Islandia illis conſervandis adhiberi ſolent, qvo verò tempore non exprimit: Danicum mercatorem, ejusqve tempore, conjecto. Hæc deniqve experientia confirmaturus tradit, qvod ex foramine ſev fiſſura petræ à veteribus in maritimo monte, ſinus Iſafiordenſis oſtio adjacente, excitatæ, ſudo cœlo, hæc ipſa Gunnbiorni terra oculis defigatur; idqve ejusdem Clementis teſtimonio, partis qvidem extremæ, non ſupra modum dolii, ipſius autem terræ ſpecie majori; viſamqve ſæpius affectis æſtatibus navem in illas partes vela vertentem, nec deinceps apparentem, ſuſpicionem injeciſſe, Anglos cum incolis commercia exercere, iisqve neceſſaria aſportare; nam Menſe Auguſto à glacie marina minus periculi. Singula teſtimonio miniſtri cujusdam eccleſiaſtici Olafi Haldaris filii, qvi Biorno ſynchronus vixerat, concludit. Is enim teſtatus eſt, noviſſimo in patriam reditu,

ditu, nebuloſo cœlo, ſe illas inſulas prævectum: deſidente demum caligine, illas pone conſpexiſſe, Danis contendentibus, occidentalium Islandiæ ſinuum montes, nebulis obſeptos, apparere, donec & illa diſcuſſa ſibi & illi aſſenſiſſent, cùm tamen neutris antea de ſitu Gunnbiorni ſcopuli qvicqvam innotuerit.

CAP. III.

De inventione Gronlandiæ & ejus inventore.

Cognito, qvòd Gunnbiornus, invento Gunnbiorni ſcopulo, aliam conſpicatus fuerit terram ad Aqvilonem remotiorem, montibus albicantibus editam, ſimul etiam montem Snæfellenſem Islandiæ, Eiricum Rufum in arcto conſtitutum, illius inveſtigandi cupido inceſſit, de cujus genere geſtisqve, anteqvam huc perventum eſt, priſcæ memoriæ ſeqventia referunt. Genus duxit à viro opibus & liberalitatis fama celebri, Thorere; qvi cùm tres in Agdis inſulas prædio ſuo adſitas adeo fer-

tiles possideret, ut in singulis octoginta boves pascerentur, unamqve earum Regi Haraldo Pulchricomo cum singulis bobus ad copiarum commeatum donaret, in perpetuum effusæ munificentiæ testimonium. Yxna Thorir, ab eo cognominatus est, à bobus, qvasi Thorer bovinus. Mihi, qvo tempore id factum sit non constat; ante enim pugnam Hafrfiordensem devictumqve Kiotvium, potentem Agdarum Regem, exercitum eò traduxisse non legitur. Eo autem devicto, omnis liberalitatis materia sublata videtur, cum jure belli, & ipse Thorer cum omnibus bonis in ejus potestatem concesserit. Pars hæc Agdarum parum à Vestfoldia dissita videtur, donumqve tum collatum cum devicto Gandalfo Vestfoldiam asseruit. Yxna-Thorire satus Ulfus, Ulfo Osvaldus, aliis Asvaldus, Asvaldo Thorvaldus Erici Rufi pater, & Eiricus qvidem ætate juvenili in aula Haconis Hladarnm Comitis vixerat, teste Floamannorum historia; idqve circiter annum Christi CMLXIV. ubi inter eum & Thorgilsem Orrabeinii privignum familiaris consvetudo & amicitia coaluit, de

qvo

qvo alio loco plura. Poſtea pater ejus una cum illo cœdium rei, Jadria, aſſita oppido Stafangriæ provincia, profugi, in Islandiam, paſſim tunc coloniis inſeſſam migrarunt; primum domicilium prædium Drangr pagi Hornſtrandenſis qvadræ occidentalis Islandiæ delectum, ubi pater naturæ conceſſit. Inde Eiricus aſſociata ſibi in conjugem Thorkilde, aliis Throdkilde, Jorundi ex Thorbiorge Knarrarbringa filia, Thorbiorni Haukdælſcii vidua ad auſtraliora converſus, inculta Haukdælenſia excolere cæpit, ſedem prope villam Vatzhorn, qvam de ſuo nomine Eirikſtadas appellavit, fixit: Sed nec illam diuturnam. Contigit enim, ut Eyiolfus cognomento Saur ſervos Eirici ad Skeidbreckas ſupra Vatzhorn occideret, qvòd evolutam monte ſabuli ruinam in villam propinqvi ejus Valthiofi de Valthiofſtadis (magica forte arte) averterent: qvare irritatus Eiricus cædem eorum cæde Eyolfi vindicavit, cædemqve cæde Rafni provocatoris prope Leifſcalas cumulavit. Oddus igitur de Jorfa & Geirſteinus eum lite perſecuti, obtinuerunt, ut territorio Haukdalenſi proſcri-

ſcriberetur. Inſulis ergo Brokey & Yxney occupatis, villam Tradas in Sudeya ſitam incoluit. Prima manſionis iſtius hyeme, Thorgeſto poſtes ſev columnas ſuas religioſas, (Setſtocka vocant) utendas dedit. Inde in Yxneyam ſedem tranſtulit, villamqve nomine ſuo ornatam etiam Eirikſtadas nuncupavit. Jamqve commodatas prius poſtes à Thorgeſto repoſcens cum conſeqvi neqviret, Breidabolſtadis, (qvæ villa ejus erat) abſtulit, qvòd ſive injuriam ſive contemptum interpretatus Thorgeſtus eum perſecutus, prope prædium Drangas duorum filiorum nece cum eo dimicavit, pluriumqve comitantium jactura. Hinc certamina inter eos continua, de qvibus fusè in Eirici vita tractatum Codex Flateyenſis tradit (qvæ tamen interiiſſe videtur); præſidiis deinde domus utraqve ſepta, tractatiq; in partes Proceres, Styr Thorgrimi filius, cui freqventes cædes Viga Styris, nomen id temporis honorificum, indiderunt. Eyolfus de Svineya & Brandi filii de Alftafiordo cum Thorbiorno Vivilis filio Eiricum propugnabant. Thorgeſtum, Thordi Gelleris filii &

& Thorgeir de Hitardalo, Aslacus de Langadalo, cum filio Illugio: liteqve in judicio Thorsnesensi victores, Eiricum tristi censura, triennali, ut videtur, exilio damnatum, eatenus terruerunt, ut loco cederet. Navigium in sinu Eiriksvogo adornantem, dum Thorgestus circa insulas perqvireret, Eyolfus in Dimonarvogo occultavit, portuqve solventem, tum ipse tum etiam Styr trans insulas deduxerunt: qvibus discedens retulit, se inqvisiturum terram Gunnbiorno Ulfi Krakæ filio visam, cum tempestate in occidentalem oceanum actus, insulam Gunnbiorninam invenisset, deinde, si consilium successus promoveret, Islandiam iterum amicosqve repetiturum pollicitus, si qvis eorum aliqvando forte indigeret, operam suam haut minus promptam paratamqve, qvam illi præstitissent. Promontorii occidentalis Islandiæ Snæfellznesiæ portu egressus (Arngrimo occidentem recta versus) ad montem Gronlandiæ, qvem Midjokul (medias alpes) Arngrimus, aliis Miklajokul, (dictum tradit) appellavit, pervenit. Is hodie (codicis & Originum verba transcri-

scribo) Blaserkus vocatur. Inde in austrum processit, exploraturus, an pars illa noviter inventæ terræ esset habitabilis, (origines ita in occidentem tendens Hvarfum prævectus) primam hyemem in insula, cui suum nomen aptavit, Eirikseya, qvæ in medio culti orientalis districtus jacet, extraxit. Proximo vere sinum Eiriksfiordum ingressus, sedem ibi fixit, eademqve æstate occidentaliora deserta lustravit, multisqve locis nomina indidit. Aliam hyemem in Holmis (parvis insulis), Originibus Eiriksholmis, propter Hrafnsgnipam: tertia æstate in Islandiam rediit. Hæc Codex Flateyensis, origines aliter, & qvidem exemplar, qvod Biornus de Skardza secutus est, pro Hrafnsgnipa Hvarfsgnupum. Liber autem Hauki Legiferi Huarsgnipam habet: adduntqve, qvod tertia æstate in aqvilonem Snæfell usqve navigans, sinum Hrafnsfiordum intraverit, testatum tum demum se limitem sinus Eiriciani superasse. Retro deinde conversum tertiam hyemem in insula Eirikseya mansisse ante ostium sinus Eiriksfiordi. Æstate seqventi in Islandiam rediisse (id qvoqve tem-

tempus cum exilio legibus definito magis congruit, qvod triennio integro terminabatur, intra qvod reditus intutus erat). Sinum Islandiæ Breidafiordum ingreſſus, in prædio Holmslatre hyemavit. Vere proximo in congreſſu cum Thorgeſto ſuperabatur. Tandem lis omnis tranſacti-one compoſita eſt. Eadem æſtate ad excolendam recens terram inventam rediit, qvam Grænlandiam,id eſt,viridem terram, ſeu virentem appellavit, ominatus, nominis amænitatem plures ei cives allecturam: ipſe in ſinu Eiriksfiordo villam exædificans, Brattahlidem à ſitu ad arduam crepidinem, nuncupavit. Tradunt Antiqvarii, & horum præcipuus Arius Polyhiſtor, qvòd eadem æſtate, qva Eiricus Gronlandiam incolere cæpit, triginta qvinqve naves ex provinciis Islandiæ Breidafiordo & Borgarfiordo ſolverint, qvarum tantum qvatuordecim in Gronlandiam pervenerint, reliqvis vel tempeſtate retractis vel abſumptis, anno nimirum decimo qvinto (aliis decimo octavo), anteqvam Chriſtiana religio publico conſenſu in Islandia recepta eſt; qva æſtate Epiſcopus

Fri-

Fridricus & Thorvaldus Kodranius Islandia discesserunt, qvi incidit in annum Christi CMLXXXV. secundum Codicis Flateyensis calculum, alios CMLXXXII. Inventa itaqve erit Gronlandia ab Eirico anno CMLXXXI vel LXXXII.

Adscribam integram Arii relationem, qvæ talis est. „ Terra, qvæ appellatur „ Grænlandia, inventa & exculta est ex Is-„ landia. Eiricus Rufus appellabatur vir „ Breidfiordensis, qvi hinc illuc profectus „ terram occupavit, qvæ deinde Eiriks-„ fiordus nuncupatur. Is nomen impo-„ suit regioni, Gronlandiamqve appella-„ vit, dictitans, facere ad alliciendos illic „ homines. Si nomen qvoqve placeret, „ ibi hominum monumenta tam in orien-„ tali, qvam occidentali tractu invene-„ runt, etiam scalmorum fragmenta, fa-„ bricasqve saxeas. Inde colligi potest, „ idgenus gentem illic permeasse, qvæ „ Vinlandiam incoluit, qvam Grænlandi „ Skrælingia appellant. Ex qvo autem „ terram incoluit, anni qvatuordecim vel „ qvindecim profluxerunt ad annum, „ qvo Christiana religio huc in Islandiam

venit,

venit: Ut ipſe calculum ſubduxit, qvi eundem Eiricum Rufum ſecutus, Thorkelis Gelleris filio hæc in Grænlandia expoſuit. Fuit autem Thorkell Gelleris filius, Arii avus, cujus teſtimonium ſolum ſufficit ad opinionem Claudii Lyſchandri evertendam, qvi anno DCCLXXXVII. Gronlandiam ab Eirico Rufo, non ex Islandia ſed Norvegia profecto, nautisqve Norvegis inventam, in Rhythmica ſua Gronlandia auſus eſt ſcribere, & nec hoc ſolum, ſed etiam, qvòd tum Islandi tum Gronlandi primis occupationis temporibus Norvegis tributa ſolverint, qvod omnibus antiqvitatibus repugnat.

Cap. IV.

De iis, qvi Eiricum ex Islandia ſecuti Gronlandiam cæperunt incolere.

Herjulfus Biarnii filius de prædio Drepſtockio (qvod an idem ſit, qvod in tractu Eyrarbachenſi præfecturæ Arneſenſis ſitum eſt, an ab eo diverſum, neſcio) Eiricum ſecutus, ſinum

de ſuo nomine Herjolfsfiordum appellatum occupavit, ſedemqve in promontorio Herjolfsneſia poſuit vir honoratiſſimus. In illa nave fuit cum illo vir qvidam Hæbudenſis Chriſtianus, qvi odam compoſuit, qvam Hafgerdinga drapu, forte navigantium odam inſcripſit, cujus una ſtropha eaqve pia extat. Hujus Herjolfi avus, Herjolfus alter Ingolfum, cum in Islandiam primô conceſſerat, comitatus eſt, donoqve ejus obtinuit ampliſſimum territorium inter Vogas & promontorium auſtrale Reykianeſiam. Herjolfneſia maximè omnium Gronlandiæ cultorum in aqvilonem porrigi videtur, eo qvòd ad ſacram Ædem, qvæ ibi conſtituta eſt, mortuorum in incultis repertorum cadavera transportari ſoleant. Nam Lodinus qvidam ſibi illam operam aſſignavit, inde Lika Lodin, ſev Lodinus funereus audivit, interqve alia cadaver Finni Feigini Regis Haraldi Strenui propinqvi, de qvo Biornus de Skardza Toſtii hiſtoriolam in teſtimonium adducit, qvod nec exemplari Regio, nec Codice Flateyenſi continetur, ubi etiam plura deſiderantur, qvæ ille ad manus

ha-

habuit. Plures etiam, qvi in desertis illis boreis naufragium passi sunt, ad templum istud sitos constat, nimirum Ingimundum presbyterum, & fratrem ejus Einarem Thorgrimi (Annalibus Thorgeiris) filios, qvorum naves glacies dissolvit; qvæ Ingimundum vexit, Stangarfoli dicta, inter maximas id temporis reputata: Borealia illa deserta appellentibus perniciosissima, ideoqve omni cura vitanda, utpote multis exemplis famosa. Cadaver Ingimundi integrum anno MCC. incorruptumqve inventum omnes Annales tradunt. Eiricus, ut antedictum, Eirici sinum (Eiriksfiord) occupavit, Brattahlidemqve prædium nobile condidit, & inhabitabit, Leifusqve filius ejus post eum, Ketill Ketilsfiordum; Rafnus Rafnsfiordum, Solvius Solvadalum, Snorrius Thorbrandi filius Alftafiordum, Thorbiornus Glora Siglufiordum, Einar Einarsfiordum, Hafgrimus Hafgrimsfiordum & Vatnahverfium, Aurligus Aurligsfiordum. Consobrinus Eirici Rufi Thorkell, cognomento Farsercus, eum qvoqve secutus sinum Hvalseyarfiordum occupavit,

 situm

ſitum inter Eiriksfiordum & Einarsfiordum, incoluitqve prædium Hvalseyarfiordum. Ab illo familia Hvalsfiordenſis promanavit. Is robore adeo ſtupendo præditus erat, ut, cum Eiricum convivio exceperet, qvoties navis non ſuppeteret, ipſe in inſulam Hvalseyam enataret, ſemimilliari domo diſtantem; vervecemqve mactandum tergo referret. Humatus tandem in campo domeſtico, qvaſi redivivus veteres Penates jugi inſpectione reviſit. Et hi Eiricum Gronlandium exculturum ſecuti ſunt; qvorum exemplo plures poſtea coloniæ eò translatæ civitatem illam auxerunt. Circa annum CMXCIX ex Breidafiordo Thorleifus Kimbius, ejusqve frater Snorrius, Thorbrandi filii de Alftafiordo eò conceſſerunt. A Kimbio Kimbii ſinus inter Alpes Gronlandiæ nomen contraxit. Snorrius in Vinlandiandiam profectus eſt, ubi filius ejus Thorbrandus, juvenis fortiſſimus, à Skrælingis cæſus eſt, teſte hiſtoria, qvæ Eyrbyggia inſcribitur: de qvo poſtea, ubi de Vinlandia agendum eſt.

CAP.

Delineatio Gronlandiæ
Gudbrandi Torlacii Episcopi Holensis
Anno 1606.

GRONLANDIA
Bicrma land.
Grimsey
Langanæs
ISLAND
Osterhorn
Tronthem
Norvegia
SVECIA
Huarf
Hafiorden
Navigatio vetus
Navigatio nova ex Gronlandia in Islandiam
Hierolfsnæs promontorium
Westmanøer
Frisland
Feroe
Hetland
Stade
Bergen
Ginnunga Gap
Orcades
Scotia
Schane
Seland
Jutland
Pars Americæ extrema Versus Gronlandiam
Anglia
Estotelandia
Germaniæ pars
Galliæ pars

Literarum, qvæ in hac mappa occurrunt, significatio ab ipso Dno. Gudbrando annotata

A Snæfells Jokull, mons Islandiæ occidentalis conspicuæ altitudinis.
B Hvitserkr mons Grönlandiæ.
C Alter mons Gronlandiæ nivosissimus, nec minoris altitudinis versus africum distans, à Hvitserk qvatuordecim dierum itinere.
D Tertius mons lateris orientalis Gronlandiæ, & proximus sinui Eiriksfiord. Dette Fiell skal mand have ret i Nord/før end mand kand komme ind i Groen-

landz Fiorden. ɔ: Hic mons ab aqvilone obvertetur, anteqvam ſinus Gronlandiæ ingrediendus erit.

EEE Latus orientale Gronlandiæ inhabitatum, habens ſinus plurimos & promontoria, itemqve glaciem magna copia litus illud cingentem, qvæ non niſi ab Africo & Lybonoto in mare hyperboreum extruditur, alias continue adhærens; cujus pertæſi nautæ, ſemel atqve iterum iter Gronlandicum fruſtra tentarunt. Fuit autem Norvegis olim navigatio in Gronlandiam ex oppido Bergenſi primum verſus occidentem, mox curſu verſus corum nonnihil flexo, usqve dum promontorium Gronlandiæ Herjolfsnes aſſecuti fuiſſent.

F Sinus Gronlandiæ maximus Eiriksfiord, ab inventore Islando ſic dictus, ut patet ex ipſa narratione.

G Alter Gronlandiæ ſinus ſine nomine, niſi qvi dicebatur Veſtrbygd occidentalis habitatio.

HHH Latus Gronlandiæ occidentale inhabitatum & incognitum veteribus.

I Fretum inter Gronlandiæ oram extremam, auſtrum verſus & aliam continentem, qvam recentiores Americam vocant, per qvod fretum olim Gronlandi excurrentes Vinlandiam invenerunt, qvam Eſtotilandiam Pagini forte qvis recte exiſtimaverit, ipſum hoc fretum, veteribus Ginnunga gap, qvaſi amplas fauces dixeris. Exiſtimamus autem ex Eſtotilandia, ſi hæc Winlandia eſt, verſus aqvilonem in Gronlandiam recta perveniri.

K Qvod Gemma Friſius habet de qvadrato nautico inter Gronlandiam & Islandiam extructo, fabulam ſapit.

L Vorago qvam veteres conſtituerunt cauſam fluxus & reflexus maris, qvamvis à recentioribus aliter edocti ſimus.

M Friſlandia Mercatoris & Pagini, vulgo Ulpaland, nova terra verſus auſtrum & lybonotum ab Islandia ſita, putaturqve eſſe dimidio minor Islandia.

NNL Per hoc ingens continentis latus Mercator & Paginus varia loca deſcribunt, & oppida collocant, qvæ illorum pace vana & ficta eſſe dixerim, cum vaſtiſſimus ille tractus plane ſit inhabitabilis, utpote polo boreo ſubjectus.

O Mare hyperboreum.

De his Mag: Theodorus Thorlacius ita ſcribit:

Etſi hanc Gronlandiæ delineationem neqvaqvam vituperandam cenſeo, utpote qvæ auctorem habeat inſignis ingenii & eruditionis virum Dn. Gudbrandum Thorlacium Borealis Islandiæ annis 56. Epiſcopum vigilantiſſimum, de Eccleſiis & Scholis patriæ præclare meritum, nihilominus tamen cum ego in mea Grolandiæ delineatione aliqvantulum diſſentire forſitan videar, qvos mihi antiqvitatum noſtrarum diligens lectio injecit ſcrupulos, ſalvâ tanti viri auctoritate pauciſſimis perſeqvar. Primum itaqve tres illos montes Gronlandiæ, qvorum mentio fit in literis B. C. D. non in latere Gronlandiæ orientali, ſed ſeptentrionali potius qværendos eſſe exiſtimarem, præter forſitan montem Hvitſerk, qvem antiqviſſimum MS. Gripla meridionali plagæ ſitæ locis ab hominibus cultis viciniorem qvam duos illos reliqvos eſſe teſtatur, Vid: Cap. III. Qvem etiam montem Clar: Arngrimus Jonas in ſua Gronlandia, Gronlandiæ borealis ſive deſertæ terminum auſtralem eſſe cenſet. 2do Promontorium Herjolfsnes non in extrema verſus meridiem Gronlandiæ ora, ſed paulo remotius verſus ſeptentrionem ſitum eſſe autumo, id qvod inter alia Norvegorum ex Norvegia in Gronlandiam navigatio ſatis evincere videtur, inſtituebatur enim, ut ipſe fatetur Dnus. Gudbrandus, in litera E, ex oppido Bergenſi, primum verſus occidentem, mox curſu verſus corum nonnihil flexo, usqve dum promontorium Herjolfsnes aſſecuti fuiſſent; unde patet hoc promontorium majorem qvam oppidum Bergenſe (qvod 60. latitudinis gr: ſubjacet) obtinere latitudinem. Atqve ita obiter meam opinionem aperuiſſe ſat eſto, qvæ ſi à vero aberrat, veriora monſtranti aurem & aſſenſum haut invitus dabo.

Sigurdi Stephanii terrarum hyper-
boreorum Delineatio
Anno 1570.



Characterum in hac mappa occurrentium

explicatio ipſius auctoris.

A. Hi ſunt ad qvos Angli pervenerunt, ab ariditate nomen habent tanqvam vel ſolis vel frigoris aduſtione torridi & exſiccati.

B. His proxime eſt Vinlandia, qvam propter terræ fæcunditatem & utilium rerum uberem proventum Bonam dixere. Hanc à meridie oceanum finire volnere

voluere nostri. Sed ego ex recentiorum historiis colligo, aut fretum aut sinum hanc ab America distingvere.

C Regionem gigantum vocant, qvod ibi gigantes cornuti sint, qvos Skrickfinna dixere.

D Orientaliores sunt, qvos Klofinna ab ungvibus appellarunt.

E Jotunheimar idem est ac regio gigantum monstrosiorum: hic Regiam Geruthi & Gudmundi fuisse existimare licet.

F Sinum hic ingentem intelligimus in Russiam excurrentem.

G Regio petrosa, hujus in historia sæpe fit mentio.

H Hæc qvæ sit insula nescio, nisi ea forte qvam Venetus ille invenit, Frislandiamqve Germani vocant.

Mag: Theodori verba de his ita sonant.

Auctor hujus tabellæ Geographicæ perhibetur esse Sigurdus Stephanius Islandus, vir eruditus, Scholæ Schaltholinæ qvondam Rector dignissimus, qvi etiam alia nonnulla ingenii & eruditionis specimina edidit, videlicet descriptionem Islandiæ, qvam apud Sereniss. Regiæ Majestatis Antiqvarium Thormodum Torfæum vidisse me memini; nec non opusculum de spectris, qvæd præterita æstate ab amico qvodam in patria mecum communicatum penes me asservatur. Delineationem hanc suam, ex antiqvitatibus Islandicis desumpsisse videtur. De Hellulandia Marclandia & Skrælingialandia videri poterit Arngrimus Jonas, qvi ad calcem opusculi de Gronlandia, Gronlandorum aliqvot navigationes ad has terras annotavit, in terrarum hyperborearum ultra Gronlandiam delineatione, ubi Risaland & Jotunheima collocat, antiqvitates qvoq; Islandicas secutum esse auctorem sat scio, sed an authenticæ illæ sint, dubito. Cum priore Gronlandiæ mappa Domini Gudbrandi parum consentire hanc satis constat. Islandia hic justo majorem habet latitudinem. Promontorium etiam Herjolfsnes ingentis continentis, potius qvam isthmi vel promontorii speciem præ se fert. Ut cætera omittam, qvocirca curiositatis potius qvam necessitatis ergo hanc mappam annotavi.

Delineatio Gronlandiæ Jonæ Gudmundi Islandi.



Characterum explicatio ipsius auctoris

A Helleland nomen habet ab extenuatis petris & lapidibus planis, qvibus illa Regio abundat.

B Risaland, ubi magni illi gigantes habitant.

C Bröne jokle sunt qvidam nivosi montes, qvos magna illa gigas fœmina Brana

inco-

incoluit, ad qvam Halfdanus Daniæ Regis filius, Bronufoſtri ſeu Branæ alumnus deinde dictus, per integram hyemem moratus eſt.

D Brunahraun ſunt rupes qvædam aduſtorum ſpeciem repræſentantes.

E Ragnershög Ragnaris collis, ubi gigas qvidam nomine Ragnar cum multis ex ſuis athletis, dum adhuc viveret, ſe ſepeliri curavit, de qvo legi poteſt Bardi Snæfells as ſev nivoſi montis Dei hiſtoria.

FFF Huc Daniæ Regis navis appulit, perqve integram æſtatem ibi morabatur. Ejusdem navis nauclero comitem (verba ſunt authoris) in Islandiam me addidi anno 1637.

G Einfætingialand Unipedum terra, qvam unipedes inhabitare autumant.

H Einhyrningaland, Regio unicornum, ubi unicornes eſſe putant.

I Kolbeins-öe inſula Kolbeinseya verſus aqvilonem ab Islandia ſita, primumqve inventa ab Islando qvodam nomine Kolbeino, inde Gronlandiam 24 milliaribus diſtare veteres tradiderunt.

K Æisöer inſulæ marinæ à Langaneſia cæciam (nordoſt) verſus ſitæ diſtantia 24 milliarium, à latere Gronlandiæ, qvod Islandiam ſpectat, Svalbardqve nominatur, ſeparari perhibentur.

Seqvitur Mag: Theodori ſuper his ſententia.

Hanc tabellam vir curioſus Islandus nomine Jonas Gudmundi filius, ab abſtruſarum rerum indagine Doctus denominatus, delineavit, varias hiſtorias ſecutus, inter qvas an qvædam ſint authenticæ, merito dubitatur, nec proportionis ratio hic accuratè obſervatur, qvapropter hanc mappam curioſitatis potius qvam exempli ratione adjeci.

Delineatio Gronlandiæ Theodori Thorlacii Anno 1668.



Explicatio notarum in hac tabula occurrentium.

AAA Hæc pars Grönlandiæ antiqvitus vocata est Grønlands Obygder, hoc est illa pars Gronandiæ, qvæ propter nivem & glaciem inhabitari non potest, ora autem maritima Svalbard (hoc est ora frigida) dicebatur, idqve propter immanem illam glaciem, qvæ toto anno illi adjacet.

B. Hafs=

B Hafs-Botnar, hoc eſt intimi fines oceani immani glacierum mole pleni, qvæ & illinc vento agitata Islandiam ſæpe infeſtat.

CCC In his locis maximè exercebant olim Gronlandi piſcatum, tantùm verò per æſtates, ineuntibus autumnis domum redierunt.

DE De hiſce duabus inſulis nihil ſpeciale ex antiqvitatibus noſtris compertum habeo, præter id qvod de Leifi Eiricii Vinlandiam indagantis itinere habetur; eum nempè, cum patriam repeteret, vidiſſe duas inſulas ex Zephyro Gronlandiam ſpectantes (Sydveſt fra Grønland) has inſulas & delineavi, & ex accuratiſſimis, qvas habere potui, mappis hydrographicis, ſitum addidi.


FGIH Totam hanc, qvæ occidentalis eſt, oram barbari Gronlandi Skrælingi olim dicti inhabitarunt, piſcibus & qvidem crudis victitantes; ſolemqve ut numen venerantes.

I Anno 1636. in ſinum hunc appulſa eſt S. R. M. Daniæ & Norvegiæ navis dicta Leo Ruffus (den røde Løve), qvæ redux in Daniam præter balenarum dentes focarumq; & ferarum coria, argenti etiam mineras ſecum attulit.

G Chriſtians Fiord.

H Coinnghams Fiord. In hos duos navis Regia Chriſtiani Qvarti ductoribus Gottſchio Lindenovio & Johanne Coningsham Anno 1606. devenit.

K Sunt, qvi dubitant an iſthæc terra jam exiſtat. Dn: Gudbrandus Thorlacius in ſua delinatione Gronlandiæ, Ulpaland vocat; ſed unde id habuerit, mihi non liqvet.



Notæ Authoris in hanc Tabulam.

Hanc Tabulam omnibus numeris absolutam ne credas, L. B. Terram enim à majoribus nostris nunqvam Geometricè delineatam, & nostro ævo omninò ferè incognitam qvis accuratè delineabit? Antiqvitates igitur nostras secuturus, ideam Grönlandiæ Antiqvæ talem exprimo, qvalem præsens tabula exhibet: qvæ non tam ad amussim artis Geometricæ, qvam ad normam histo-

ricæ

ricæ relationis formata atq; adornata: adeò ut ſinuum, montium, Templorum, cœnobiorum, prædiorum, & ſimilium, heic exſpectandus ſit ſitus hiſtorico ordini reſpondens potius, qvam puncto verticali ordine & rectè ſubjacens. Plaga Grönlandiæ auſtralior, ut & pars lateris orientalis, utraqve à Chriſtianis olim habitata, eâ prodeunt in publicum facie, qvam adumbrârunt antiqvæ membranæ Islandicæ. Sed Grönlandiæ latus occidentale, ut & inſulæ in tabulâ noſtra ſub freto Forbiſſeri, ſuam delineationem debent partim relationibus Anglorum, partim mappæ Geographicæ Theodori Torlacii viri in hiſce verſatiſſimi, partim mappæ Hydrographicæ, Amſtelodami excuſæ, Anno 1666. Qvarum ultima ad exemplar Joh. Munchii (qvod nuper mihi communicavit Nobiliſſ. & Celeberr. Dn. Chriſtianus Worm, grande familiæ Wormianæ & ſeculi noſtri ornamentum) delineata apparet. Neutram verò harum eſſe accuratam, mihi perſvaſum eſt: ut taceam, nondum conſtare, an Munchius noſter unqvam antiqvam Grönlandiam attigerit. Falſum eqvidem & noſtris antiqvitatibus contrarium ſitum habent in iſtis mappis Herjolfsnesia & Eirikfiördr, ſev Eiriks-hafn, uti ibidem vocatur: meritò igitur ſupponimus, ab errore non immunem eſſe reliqvam terræ repræſentationem. Nec in dictis tabulis ſubjacet fretum Forbiſſeri immediatè parti Grönlandiæ qvæ Veſtrbygd dicitur, qvem locum tamen huic freto dedit, qvi nomen ei primò impoſuit. Inſpiciatur Novus Atlas Anglicus, & Grönlandiæ deſcriptio Authoris anonymi Galli. Conſulatur Purchaſius aliiq; & patebit miram inter eos eſſe diſſonantiam; qvod vel hoc unô conſtabit exemplo: Cap. Confort à nonnemine locatur ſub grad. lat. 62. ab alio ſub gr. lat. 65. & ſic porrò. Conſultiſſimum igitur duco reſervare hæc omnia futuræ experientiæ; & neqve meam, neq; aliorum tabulas credere cum terrâ ipsâ ad amuſſim concordare.

Cæterum noverit B. L. qvo animô, qvô fine aliorum etiam Tabulas adjecerim, nempe, non ut ſingulos probarem; ſed partim ut ſententiarum ac judiciorum hac de re differentiam curioſo Lectori, qvantum in me fuit, monſtrarem, partim ut hac potiſſimum occaſione oſtenderem ea qvæ Hiſt. Norveg. Part. I. lib. III. Cap. XXVI. de terrarum Hyperborearum, Jötunheimorum nempe ac vicinarum ſitu à me dicta ſunt aliorum etiam ſuffragiis niti. Qvod ſupereſt, in re tam obſcurâ atqve difficili non putabo me luſiſſe operam, ſi æqva Lectorum expertus fuero judicia, & hoc qvantillumcunq; meum ſtudium, aut utilitati, aut ad minimùm jucunditati curioſi Lectoris inſerviat.

Cap. V.

De Gronlandiæ situ, ejusqve desertis.

Gerhardus Mercator eam inter circulum Arcticum & Polum sitam, ejus parallelos extremos austrum versus 65. boream vero versus 77. refert. Johannes Miritius ejus Zenith ipsum esse polum existimat. Episcopus Theodorus Thorlacius neminem eum hucusqve exqvisite cognitum habuisse magna verisimilitudine conjicit. Tanto terrarum ortum versus extendi tradit, ut nonnullis dubitandi ansam præbuerit, an cum Spitzberga & Nova Zembla continens sit, (qvod qvædam veterum Islandorum traditiones persvadere conantur) an vero ex recentiorum sententia freto ab iisdem distingvatur. Limites ad austum fretum Forbischeri Grad: Latit: 62. subjectum, ad occidentem fretum Davis statuit. Totum illum tractum in australem habitabilem, & borealem inhabitabilem dividit. Habi-

bitabis latus meridionale à freto Forbischeri ad montem Hvitserchum Arngrimus extendit. Inde qvæ inculta sunt, ad notum, perpetua glacie obtectum, vastum Gronlandiæ desertæ litus, Svalbard i Hafsbotnium appellatum, procedunt, qva cœli vertex septuaginta graduum sublimitatem obtinet, Gronlandz U-bygdir appellatum, distantqve, ab Islandiæ latere boreali, bidui navigatione secundum veterum hydrographorum supputationem. Veteres certè Gronlandos statuisse, patriam suam sub ipsum polum exporrigi, planum est ex formula pactionis cum Rege Hacone Seniore, cum se imperio ejus subjecerunt Anno MCCLXI; consenserunt enim in annuum censum, multamqve ob cædes, tum Gronlandorum, tum Norvegorum, sive in excultis, sive desertis perpetratæ fuerint, usqve terminum, qvi cœlesti axi subjacet, id qvod Sturla Legifer carmine etiamnum superstite complexus, minime Poëtico more in majus extulit, sed præscriptam juramenti formulam pro verbo reddidit. Eandem

de

de iis opinionem ſcriptum antiqviſſimum Gripla qvoqve teſtatur; in recenſu terrarum à Bavaria ad ultimos Gronlandorum ſinus his verbis. Bavariæ Saxonia adjacet, Saxoniæ Holſatia; Holſatiæ Dania; ei ad ortum Svecia, aqvilonem Norvegia; Inde in borrham ſev peliotem (Nordooſt) protenditur Biarmia. Hæc Gardarichiæ ſev Moſcoviæ ſubjecta eſt. A Biarmia deſerta in ſeptentrionem usqve terram, qvæ Gronlandia appellatur, protenduntur: Id qvod ipſi Gronlandi (ſcil: qvod cultoribus vacua ſint) probare nolunt, cum certiora ex indiciis aliis cognoviſſe ſibi videantur, tum ex lignis, qvæ ex iſtis partibus, litoribus eorum, inter alia rejectamenta appelluntur, qvod humana induſtria elaborata ſint; tum ex capreis ſev rangiferis & ovibus, aut inciſas auribus notas, aut adſtrictas cornubus ligulas gerentibus, evidentibus teſtimoniis, qvod ſeptentrionalia iſta inculta olim fuerint exculta. In ejus rei fidem, ovium capita à Gronlandis allata, in æde vel aliaqve domo publica olim ſuſpenſa, unum Nidaroſiæ, Bergis alterum extant. Addit his

ſcopus Theodorus Thorlacius, alterius vetuſtæ hiſtoriæ de Samſone qvodam Anglo de ſeptentrionalibus hiſce hanc deſcriptionem, qvam Arngrimus, omiſſo auctoris nomine, etiam cap. 1. affert. Riſalandia ab Auſtrvegum, via orientali (Ruſſia ſic deſcribitur) in ſeptentrionem protenditur, inde Borrham (Nordooſt) verſus jacet terra, qvæ Jotunheimi appellatur. (Theodorus Thorlacius Novam Zemblam per eos intelligit) ibi gigantes habitant. Inde per Gronlandiæ deſerta pervenitur ad terram, cui Svalbardi nomen eſt; ubi variæ gentes habitant. De his gentibus nullam aliam mentionem occurrere teſtatur Theodorus Thorlacius; certe nullum Islandis cum illis commercium unqvam fuiſſe. Gripla in cæpta deſcriptione hæc ulterius perſeqvens teſtatur. Gronlandia, inqvit, in libonotum vergit, ibi inſulæ niveis montibus prætexuntur. Unus horum inſuperabilis, alter duarum hebdomadarum ſpatio, tertius unius ſpatio ſuperatur. Cultis proximus Hvitſerchus nuncupatur. Inde terra in ſeptentrionem extenditur. In auſtrum ergo iter diri-

dirigendum, ut ad culta pervenias. Citat & Biornus de Skardza vetuftum librum Maldagaboc, qvi tractat de prædiorum terminis, proprietatibus, & ut vocant, pertinentiis, ubi de indole Gronlandiæ, ejusqve fitu cum expofuiffet, cultaqve terræ defcripfiffet, hæc fubjungit. Inde montes glacie tecti, deferta finuum extrema, folitudines in ortum extenfæ Gandvikam usqve. Erubefcendæ vanitatis fabulam hic omitterem, ni accuratiffimus Antiqvitatum explorator ipfe Verelius non dedignatus fuiffet eam elegantiffimis notis fuis in hiftoriam Hervorianam admifcere; cujus verfionem ad cap: 1. pag: 28; libet hic adfcribere, cui hæc ipfe præmittit. Non infreqventes, ait, qvondam è Scandia in Grænlandiam fufcipiebantur navigationes, unus Hallur Geit pedibus hoc iter confeciffe dicitur, Grænlandz Annall: facinora Halleri nonnulla fcriptis memorantur, qvi dictus fuit Hallur capra. Ipfi foli contigit terreftri itinere & pedibus per montes nivium & alia invia & inacceffa, marisqve finus & freta, ex occidentali

 Græn-

„ Grænlandia ad Ganvicum finum ; &
„ fic in Norvegiam pervenire ; duxerat
„ autem fecum capram , cujus lacte vi-
„ tam toleraret. Capræ vero pabulum
„ præbuere valles & convalles montibus
„ interjecti , veftiti gramine & virgultis. Infuperabilem montem unum , alterum decem & qvatuor dierum , hebdomadis tertium profectionem reqvirere ex Grepla recenfui ; qvid reliqvum fpatium repofcet ? tamen ille capræ fuæ præfidio omnibus invia fibi fecit pervia ; qvod vix ullus capite damnatus redimendæ vitæ impenderet. Id ille ultro periclitandi propofito in fe fufcepit , fine fpe præmii , aut ullius in pofterum lucri aut commodi ; tantum ut abftrufiffimarum terrarum indiqve defertarum nexus cognofceret. Ego certe ut ipfe non credo , ita nec credenti fuam fidem invideo , qvæ fi prævalebit , evertentur tres aliæ traditiones , fabulofis licet aliis admiftæ , de navigatione Hedini ê Tartaria in Daniam , qvi infulæ Tartariæ Ruffiæqve interjecta de nomine fuo nomen aptavit , Hedingseyamqve appellavit , qvæ poftea ad Comitatus hono-

norem provecta, multa inter Tartariæ Russiæqve Reges bella caufata traditur, Hrolfi autem Pedeftris tempore feculis qvibusdam inferiore. Menelaus Tartariæ Rex Sothium qvendam ei præfeciffe, adqve oppugnandum Eiricum Sveonem, qvi Ruffiæ regnum, devicto Ruffiæ Rege, prælioqve cæfo invaferat, mififfe dicitur: pauloqve ante Aranus Tartariæ Regis Rodiani filius, eadem via in Jutiam retroqve, una cum noviter affumto focio, Asmundo Berferchicida, proceffiffe. Situs à Nova Zembla parum diftat, iterqve nauticum per fretum Naffovicum factum videtur, poftea multis, fed adhuc incasfum, tentatum, fruftraqve tentandum, fi fingula hæc Gronlandiæ defertis cohærent. De feptentrionalibus iftis defertis feqventia Biornus de Skardza ex Hauki Legiferi libro defcripfit. Hæc nova, inqvit, Haldor paftor Gronlandiæ ad presbyterum Arnoldum, natione Gronlandum, fed tunc in paftorem palatii Regis Magni Haconis filii confecratum fcripfit, literasqve rectori navis, qvæ Epifcopum Olafum in Gronlandiam travexit, trans-

feren-

ferendas commisit. Id factum videtur anno MCCLXI; nam eodem anno Magnus corona Regia vivo patre redimitus erat. Scripsit autem qvod eodem anno, qvô Arnoldus præbyter Gronlandiâ profectus erat., Gronlandos longius solito in septentrionem profectos, nulla Scrælingorum signa reperîsse, præterqvam in desertis Kroksfiordensibus, inde suspicio non procul inde eorum domicilia distare. Ordo deinde Ecclesiasticus misit, qvi ea, qvæ inde in aqvilonem protenduntur, lustrarent: qvi sinu Kroksfiordensi egressi, eousqve navigarunt, donec montes humiles apparerent. Mox oborta caliginosa tempestate, obliqvatis velis provecti, cum serenasset, multas insulas, magnamqve cetorum, phocarum & ursorum, vim conspicati, usqve in intimum maris recessum delati sunt. Tunc vero omnis australis terra, prope in planitiem formata, se conspiciendam præbuit. Mons unus glacie vestitus, ab austro conspicuus, Skrælingorum qvædam vestigia prodidit, sed metus ab ursis ascensu terræ eos abstinebat. Inde tridui itinere ad insulas qvasdam

dam ſub niveo monte Snæfelli in auſtrum provecti, indicia qvædam Skrælingorum cognoverunt. Illinc diurno itinere in eremum Kroksfiordenſem delati, ipſo S. Jacobi feſto, ſol noctu qvoqve conſpicuus erat, non tamen altior medio die, qvam ut ſtratorum in media hexeri faciem, lateris, cui obvertebantur, umbra velaret, media vero nocte, ad eam menſuram aſcendit, qva domi in caurum pro vectus attollitur (qvæ tamen minime conſiſtunt) inde Gardas revecti ſunt. Ad capturam memoratorum animalium lembis, majoribusqve navigiis ſinum Kroksfiordenſem Greipasqve Gronlandi proficiſci ſolebant, conqvirendaqve appulſa litoribus ligna, conficiendaqve ex phocarum gauro picem, qvod utribus ſuſpenſum, in ſaxeis caſis tantiſper aſſervatur, donec condenſetur, exinde denigratur. Hæc alio loco, in hoc eodem tractatu his verbis explicat, Gronlandis, ad aqvilonaria deſerta, ſev ſeptentrionale promontorium, finem videlicet terræ, Greipas & Kroksfiordenſem eremum appellatum, ingenti maris tractu, ſemper (qvotannis) pro-

proficiſcendum eſt, ad materiam & victualia comparanda, id qvod carmen ex Skaldhelgaſaga his verbis teſtatur:

Garpar komu i Greipar nordr
Grænlandz var þar bryggiuſpordr.

hoc eſt:

Ad ſeptentrionalia Greipas usqve perventum eſt, ibi pontis Grænlandici cauda, Pontem pro continentis extentione intelligere videtur. Aliud etiam exponens, ut Skaldhelgius cum ſociis vi tempeſtatis è portu Islandiæ in Gronlandiam abreptus fuerit.

Ægisſpordr up i nordr
Islandz fra ec þar miſti.

hoc eſt.

Finis maris ab aqvilone, (apparuit), Islandiam reliqvi.

Item:

Jokla jord oc Eiriksfiord
Othin giorvoll kendi,
Ferdin rik i Falgeirs vik
Fra ec þar ſcipum lendi,

Hoc

Hoc eſt:

Glacialem terram & Eiriksfiordum omnes agnovimus, celebris comitatus, in Falgeirs vika portum nactus eſt. Hæc interdum Gronlandorum hyberna (nordrſeta ſev aqvilonaris ſtatio) appellantur. Speculum qvoqve Regale, liber varias materias tractans, qvi auctoritate Regis alicujus Norvegiæ conſcriptus exiſtimatur, Gronlandiam non inſulam, ſed continentem exiſtimat, eo qvòd copia ferarum inſulis inſveta, qvæqve transportari neqveat, ibi magna exiſtat, leporum, luporum & abunde rangiferorum, magnitudinem autem ejus nemini cognitam; maximam autem ejus partem perpetua glacie tectam, nec portam qvidem ab hac liberam apparere, tantum conjectari, aut inter convalles, aut maritima, qvædam clauſtra animalibus pervia dari, per qvæ in cultiora irrumpant. De his Petrus Claudii Undalinus pag: 183. ita ſcribit. Exigua pars hujus terræ ſive hiberno ſive æſtivo tempore paret; niſi parva pars per oras maritimas extenſa, reliqva terræ omnia glacie & nivibus obducta ſunt,

ſunt, nec cuiqvam de eorum profunditate conſtat, nam montes vallesqve glacie repleti ſunt, nulli hominum pervii, ideo magnitudo terræ ignoratur, cum ad ſuperiora non perveniatur, ut explorari poſſit; dari tamen alicubi fores per valles aut litora penetrabiles, vel feræ perſvaſerint, qvæ à ſuperioribus ad maritima deſcendunt, ipſis ſolis notas; verum qva longiſſime ſupra proximos montes perventum eſt, nihil nudi, qvod cultui idoneum eſſet, conſpectum eſt, præter qvod colitur, & id qvidem perexiguum, qvin & ſe viatico in octo dies inſtruxerunt, ſuperiora ſcrutaturi, ſed editis rupibus, nivibus glacieqve obſeſſis, convallibusqve pariter repletis, ulterirore acceſſu prohibiti ſunt. His deſcriptionem Clariſſimi Arngrimi ſubjungam. Gronlandiæ, inqvit, continens, qvæ ſui parte ad boream maximè vergit; cœlo, ſolo ſaloqve, ſecundum veteres plerumqve intractabilis inhabitabilisqve exiſtit, unde veteri appellatione apud nos nomen obtinuit, Grænlandz obygdir, deſerta Gronlandiæ, qvamvis id afferentibus

Nor-

Norvegis ipſi Gronlandi contradice- „
bant, his potiſſimum argumentis, qvod „
inter alia maris rejectamenta, qvæ ab „
iſto tractu appellerent, ligna qvædam „
ab hominibus elaborata deprehendiſ- „
ſent, qvod etiam capreas & oves pere- „
grinas in ſuis paſcuis vagabundas erras- „
ſe comperiſſent, vel auribus ſignatas, „
vel cornu, in cujus rei fidem ovium ca- „
put à Gronlandis in Norvegiam alla- „
tum, in æde vel alia qvadam domo pu- „
blica olim ſuſpenſum legimus, unum „
Nidaroſiæ, Bergis alterum. Exiſtimant „
itaqve Gronlandi vaſtiſſimum illum ter- „
ræ tractum borealem aliqva ſui parte „
id temporis fuiſſe habitatum, ut certe ex „
inſulis eidem tractui adjacentibus, unam „
pluresve, qvarum præcipuam ſive inſu- „
lam ſive peninſulam iidem Furuſtradnas „
appellabant, qvod nomen à pinu ſilveſtri, „
ibidem proveniente (illis fura, Germa- „
nis förenholtz) ſed ut illa ſe habeant, „
certe ingens eſt ille tractus borealis, „
ad qvem ſuperandum aſſerunt veteres „
22 dierum ſpatium non ſatis eſſe, eum- „
qve à tribus montibus inviſis dividunt, „

qvorum primus maxime borealis, in-
„ cognitæ fuerit extenſionis, alter qva-
„ tuordecim dierum iter abſumeret, ter-
„ tius Gronlandiæ habitabili nempe pro-
„ ximus, ſeptem dierum iter navale po-
„ ſcat, ibiqve apellari dicunt montem
„ Hvitſerk à nive dictum, qvaſi alba tu-
„ nica, qvem Gemma Friſius inter Islan-
„ diam & Gronlandiam, inqve ipſius ver-
„ tice conſtructum à piratis duobus qva-
„ dratum nauticum, qvod ipſum apud
„ noſtrates non reperio, qvin potius
„ montem Hvitſerch in ipſa Gronlandia
„ ſitum eſſe, illumqve (ut vetus eſt apud
„ nos fama & opinio) ſimul cum pro-
„ montorio occidentalis Islandiæ, nautis
„ dimidium iter Gronlandicum emenſis,
„ ſudo cœlo conſpici, atqve ita mons Hvit-
„ ſerch Gronlandiæ borealis, ſive deſer-
„ tæ pars & terminus, qvantum intelligo,
„ auſtralis erit.

Multis deinde interjectis, qvæ ad bo-
realia hæc non faciunt, ſeqventia ad-
dit.

„ Qvod, ait, autem aſſerunt recentio-
„ res Gronlandiam ad Finnlandiam Ev-
ropæ

ropæ 50 mil: litoris marini numerare, „
id de Gronlandia habitabili non debet „
intelligi, ſed de extremo fortaſſis Gron- „
landiæ deſerto & maxime borealis tra- „
tus, aliàs valde abſurdum. Intercapi- „
dinem vero inter Gronlandiæ & Finn- „
landiæ deſerta, alii fretum, alii ſinum „
fecerunt. Porro qvam recentiores „
Finnlandiam vocant, e regione Gron- „
landiæ deſertæ ſtatuentes noſtrates „
Svalbárda dixerunt, ſic enim illa typo- „
graphia in noſtris Antiqvitatibus ex- „
primitur. Riſaland liggr til nordrs „
af auſtrveginum oc þadan til land- „
nordrs liggr þat land er Jotunheimar „
heita oc bua þar troll oc ovættir, oc þa- „
dan til motz vid Grænlandz obygdir „
þat land er Svalbard heitir oc bua þar „
ymſar þiodir. Nos hæc antea expo-
ſuimus ex hiſtoria de Samſone Anglo,
ab Epiſcopo Theodoro Thor-
lacio citata, hoc ipſo
capite.

Cap. VI.
De Gronlandia habitabili, vetusti libri descriptio.

Gronlandia, qvæ coloniis occupata est, ratione situs in Austrbygd & Vestrbygd, sev orientalem & occidentalem coloniam dispescitur, qvarum chorographicam delineationem ex vetusta membrana, sed lituris interstincta, Biornus de Skardza exscripsit, nobisqve reliqvit, eamqve Episcopus Theodorus Thorlacius maximam partem secutus est, licet qvædam omiserit, aut emendare voluerit, ea certè, qvæ non assecutus, nec ego asseqvor: qvò vero lector ingeniosus discrimen melius observet, utramqve descriptionem huc inferam. Episcopi Thorlaci talis est. „ Gronlandia parum in „ austrum deflectit, promontorium Herjolfsnes omnium maxime. Proxime „ occidentem versus Hvarfsgnipa. Eò „ Eiricus Rufus longissime pervenit, „ tuncqve asseruit se limitem sinus Eiriks-

riksfiordi transgreſſum, ubi tunc incipit „ Toſtafiordus & Melrachaneſia, deinde „ Herjolfsfiordus, ubi templum unum, „ proxime Helliseyarfiordus, tum Ketilsfiordus, ubi duo templa, tunc Hrakbiarnorey & Lundey, tunc Alfſtafiordus & Siglufiordus, ibi templum proxime Hratnsfiordus, ex qvo procedunt „ Slettufiordus & Hornafiordus, tunc „ Einarsfiordus ubi unum templum. Ex „ Einarsfiordo protenditur Auſtkarsfiordus & Hafgrimsfiordus, proxime Iſafiordus, unde exit Utibliksfiordus. „ Tunc Strandfiordus, tunc Midfiordi „ Kollafiordus & Dyrafiordus, tunc Thorvaldzfiordus Steinsfiordus & Bergthorsfiordus, Inde ad Veſtrbygdã poſſunt ſex „ remiges hexeri ſeptiduo pervenire, ubi „ etiam ſinus. A Veſtrbygda ad Lyſafiordum ſex dierum ſpatio acatio trajicitur. „ Inde Karlsbudas usqve ſex dierum iter. „ Inde ad Biarneyas tridui iter; ad aqvilonem jacet Eſiuneſia & Ædaneſia, totus circuitus qvindecim dierum iter „ conficit. „

 Se-

Seqvitur Biorni de Skardza chorographia ex membrana, qvam ipſe ſecutus eſt. „ Grænland hofir i litt ſudr,
„ ſynſt er Herjolfsnes, enn Hvarfsgnipa
„ næſt fyrir veſtan, þangat com Eirkr
„ hinn Raudi lengſt, oc letſt þa kominn
„ fyrir botn Eiriksfiordar, þat er ſtiarna
„ er afhverf heitir a auſtanverdu landi,
„ þa Spalſund, þa Drangey, þa Saulvadalr
„ hann er bygdr auſtaz, þa Tofafiordr,
„ þa melrachanes, þa Herjolfsfiardar kir-
„ kia, þa Helliseyarfiordr, þa Ketilsfiordr,
„ ii kirkior þa Hrakbiarnarey, Lundey,
„ Syllenda af Eiriksfirdi, þa Alfſtafiordr,
„ Siglufiordr kirkia, Hrafnsfiordr, þa gengr
„ Slettifiordr af Hafrsfirdi, Hornafiordr,
„ Ofundinfiordr, þar er Biſkops ſtoll (þa
„ verdr hann at vera i botni Eiriksfiardar)
„ Einarsfiardar kirkia, af honum gengr
„ Auſtharsfiordr, Hafgrimsfiordr, Hvals-
„ eyarfiordr¦-f-f-f- ur Dyrneſi, þa Yſa-
„ fiordr, þar af gengr Utibliksfiordr, þa
„ Strandafiordr, þa eru Midfirdir næſt byg-
„ dir, ſo heitar Hellufiordr, annar Dyrafior-
„ dr, þa þorvardzfiordr, Steinfiordr, Berg-
„ þorfiordr, þa er VI daga rodr ſex mon-

mum

mum til veftrbygdar fex æringi, þa telr „
þar up firdi, þa er ur hinni veftribygd „
til Lyfufiardar, fex daga rodr, þadan „
fex daga rodr til Karlbuda, þa þriggia „
daga rodr til Biarneyiar, XII daga rodr „
umhverfis, Ey, Eyfunes, ædanes fyri „
nordan, fvo er talit at 190 bygda fe i „
eyftri bygd XC i veftri. „

Hoc eft:

Gronlandia parùm in auftrum defle-ctit, promontorium Herjolfsnefia omnium maximè, proxima occidentem verfùs Hvarfsnipa. Eò Eiricus longiffimè pervenit, tuncqve afferuit fe limitem finus Eiriksfiordi transgreffum. Ibi ftella Afhverf dicta, in orientali terræ parte. Tunc Spalfunda, tunc Drangeya, tunc Saulvadalus cultorum orientaliffimus, tunc Tofafiordus, tunc Melrickanefi, tunc Herjolfsfiordenfe templum, tunc Helliseyarfiordus, tunc Ketilsfiordus, duo templa, tunc Hrakbiarnareya, Lundeya, Syllenda ex Eiriksfiordo, tunc Alftafiordus & Siglufiordus, templum, Hrafnsfiordus, tunc procedit Slettufiordus ex Hafrsfiordo, Hornafiordus, Ofundinfiordus. Ibi

 fedes

ſedes Epiſcopalis, tunc Einarsfiordi templum, ex illo prodit Auſtkarsfiordus, Hafgrimsfiordus, Hvalseyarfiordus F.F. F. ex Dyrneſia, tunc Iſafiordus, ex illo procedit Utibliksfiordus, tunc Strandafiordus, tunc Strandafiordus, tunc Midfiordi proximè culti ſic vocantur, Kollafiordus, alter Dyrafiordus, tunc Thorvaldzfiordus, Steinsfiordus Bergthorsfiordus. Inde ſex remigibus hexerim agitantibus ſex dierum iter eſt Veſtrbygdam usqve. Tunc ſinus, qvi ibi ſunt, numerantur. Tunc ex Veſtrbygda ſex remigibus ad Lyſufiordum ſeptidui remigatio. Inde ſextidui remigium ad Karlsbudas, tunc tridui remigium ad Diarneyas, in circuitu duodecim dierum remigatio. Tunc Eyſuneſia ad aqvilonem Ædaneſia; numerus ita conficitur, ut 190 villæ (pagi) in Auſtrbygda. 90 in Veſtrbygda cenſeantur. Seqventia ut dubia Epiſcopus Theodorus omiſit, qvæ deſcriptio Islandica Islandice ſic recenſet. Þat er ſtiarna er Afhverf heitir à Auſtanverdu landi, þa Spalſund, þa Drangey, þa Solvadalr, hann er bygdr auſtaz, þa Toſafiordr, qvem is Toſtafiord ſcripſit.

Deinde

Deinde poſt Lundey habetur Syllenda ab Eiriksfirdi. Deinde poſt Slettufiordr inferendum af Hafrsfirdi, id eſt, ex Hafrsfiordo, pro Hafrsfiordo Hrafnsfiord legit, ex qvo Slettufiordum, & Hornafiordum emitti tradit. Poſt Hornafiordum Ofundinfiordr, þar er Biskops ſtoll. Poſt Hafgrimsfiordum Hvalseyarfiordus F. F. F. ur Dyrneſi, deinde pro duodecim dierum remigatione in circuitu, qvindecim repoſuit, & pro coloniis in Veſtrbygda 90. 110.

CAP. VII.

Continens Ivaris Bevii, aliis Berii deſcriptionem.

Et illa qvidem pro Exemplarium diverſitate plus minusve variat. Translationes ternæ ad manus ſunt; una in Germanicam lingvam converſa, Norimburgi anno 1679 excuſa, auctore S. de V. Altera, interpretis nomine ſuppresſô, in Danicam translata ſine loco & anno ſuppetit. Tertia Petri Undalini, & exemplar Islandicum chartaceum unum, membrana-

branaceum mihi certe nullum. Ex his invicem collatis facile patet avthenticorum, qvæ interpretes secuti sunt, unum altero locupletius fuisse. Nos Islandicum, qvamvis ne hoc qvidem pergameneum, tamen ut puto cæteris ut plurimum in propriis nominibus correctius exponemus, ita tamen ut, ubi cæteræ versiones redundant, ea minime reticeamus. Fuit autem Bevius ille oeconomus Episcopi Gardensis per complures annos, qvi hæc singula viderat; insuper unus inter eos, qvi à supremo territorii Gronlandici judice delecti delegatiqve erant ad expellendos occidentali provincia Vestrbygda Skrælingos, qvi illam invaserunt, qvò cum pervenissent, hominibus qvidem vacuam provinciam invenerunt, boum vero & ovium gregis per læta pascua oberrantium, haut exiguum numerum, inde tantum mactabant, qvantum naves capere poterant, domumqve retulerunt, qvo vero tempore id factum sit, silentio prætermissum est. Orientalis, inqvit, Gronlandiæ colonia subjacet promontorio Herjolfsnesiæ, nuncupaturqve Skagafiordus (versio

Germ:

Germ: urbem (ſtat) maxime orientalem Skagafiordum appellari; Danica ad ortum Herjolfsneſiæ adjacere tradit, prædium qvidem magnum) ibi mons unus incultus jacet, & vocatur Barnafell (verſio Dan: á Skagafiordo in orientem longe jacet ſinus qvidam incultus, qvi vocatur Borrefiord) in oſtio ſinus pulvinus longus in transverſum, ubi ingreſſus patet, protenditur, ita ut nullæ majores naves ingredi poſſint, niſi cum ingens ventus æſtusqve magnam aqvarum molem infundunt, tunc qvoqve vis ingens cetorum ſinum opplet. Nunqvam ibi piſcium captura deficit, qvæ ibi publicé exercetur, tamen cum venia Epiſcopi, eo qvod ſedi cathedrali ſubſit. In eodem ſinu (verſio Danica Berrefiordo) vorago magna, qvæ Hvalshola, ſev Hvalsgap, balenarum caverna appellatur, qvo æſtuante mari omnes balenæ ſe infundunt. Magis ad ortum jacet ſinus ollum lengri, ſev omnium longiſſimus, qvi ex anguſto oſtio late panditur, adeo longus, ut nemo adhuc finem ejus noverit, ibi nullus æſtus, ſed parvarum inſularum, qvos holmas vocant,

vocant, aviumqve & ovorum abunde, latera utrobiqve plana, adeoqve alto gramine veſtita ut alibi nec plus vel tantum proveniat. Hunc paragraphum editio Germanica non habet. Longius verſus orientem propius Alpes portus eſt nomine Funkabudir, ſic dictus, qvod tempore Sancti Olafi Regis navis ibi jacuit, ut publica adhuc in Gronlandia fama fert, in qva inter alios miniſter qvidam ejus fluctibus abſorptus eſt, qvi vero ſupererant, ſuper ſepulcra eorum lapideam crucem ſtatuerunt, qvæ ibi adhuc ſtat. Mihi notatio ex his non ſatis patet, forte cognomen ejus Funki fuerit. Inde ad orientem, adjacet inſula magna nomine Ranseya, ubi publica in ſylvis venatio, ibi albi Urſi, qvorum niſi cum venia Epiſcopi captura illicita, qvod inſula templo cathedrali & Epiſcopo ſubjecta ſit, (Verſio Dan: pro Ranseya, qvæ noſtro etiam Rasey dicitur, Kaarsöe habet, verſio Germ: Roanes) nec inde ad orientem ultra præter nives & glaciem, ſive terra ſive mari ſpectatur. Ad occidentem Herjolfsneſiæ Kindilfiordus occurrit totus excultus: à latere dextero

ſinum

ſinum ingredientibus, receſſus qvidam ſev ſtagnum jacet, qvod magna flumina excipit, prope qvod ædes ſacra nomine Krokskirkia (verſio Dan: Aaros kirkia ſacræ cruci conſecrata) cui inſulæ holmæ alluvionis ex nauſragiis jura bonaqve ab Herjolfneſia Petrsvikam, ſinum Petri, usqve competunt. Circa Petrsvikam freqvens habitatio, qvæ Vandalabygd, (verſio Dan: Versdal idqve perperàm, nam Germanica cum Islandico competit) appellatur, ibi monaſterium Canonicorum regularium Sancto Olafo & Sancto Auguſtino dedicatum, cui omnia ad finem usqve ſinus, omniaqve ex adverſo latere ſubjacent. Proximus Kindilsfiordo Rumpeyarfiordus eſt (verſio Danica Rumpenesfiord, Germ: Rumpeſinfiord) longe in interioribus ejus Monialium cænobium ſitum eſt, qvod usqve limitem ſinus à templo Vogenſi Sancto Olafo ſacro omnia poſſidet (verſio Dan: Cænobium illud Ordinis Sancti Benedicti appellat) exteriora ſinus omnia templo Vogenſi adhærent. Intra ſinum multæ holmæ, qvas cænobium cum Epiſcopali eccleſia ex æqvo participat.

ticipat. In ipsis complures thermæ, qvæ hiberno tempore adeo ardent, ut propius accedi neqveant, æstivo autem temperatæ sunt, ita ut multi usu illarum sanentur, diversa licet ægritudine affecti. Ei (Rumpeyarfiordo) proxime adjacet Einarsfiordus, inter eos villa magna nomine Foss jacet, Regi competens, ibi venustum templum S. Nicolao dicatum. Haut procul inde lacus piscosus, adeo ut post auctum imbribus vel æstibus stagnum, cum aqvæ refluxerant, acervi piscium in arena jaccant (versio Danica jus patronatus templi ad Regem pertinere tradit). Linisfiordum intrantibus ad sinistram objacet parvum promontorium nomine Kliningus; intra illud sinus Grenjuvika, sev Granevich dictus (versio Germ: Rayathen, Danica autem hæc ita habet. Einarsfiordum navigio ingressuro ad sinistram sinus jacet Thorvaldzvich dictus, longiusqve intra sinum ad idem latus promontorium nomine Kliningus). Longius inde sed interius villa magnifica nomine Dalus templo Episcopali subjecta; à dextra autem cum sinus ad ædem cathedralem, qvæ in fine ejus

ejus ſita eſt, navigatur, magna ſilva, ubi greges armentaqve parva magnaqve ecclesiæ iſtius paſcuntur, qvæ & totum Linisfiordum poſſidet & ſimul cum magna inſula, qvæ Einarseyæ ſinui prætexitur, Rinseya dicta, eo qvod tempore autumnali, multi ibi rangiferi ſev capreæ concurrant, venatio ibi freqvens; non tamen ſine Epiſcopi conſenſu, ibi ſaxum ſciſſile, omnium, qvæ in Gronlandia proſtant, præſtantiſſimum, atqve adeo ut acetabula & cantharos, inde conficiant, tam durabile firmumqve, ut vim ignis reſpuat, fiuntqve inde vaſa decem vel duodecim tonnarum capacia. Longiùs ad occidentem ſita eſt Langeya, ubi octo magnæ ruſticorum villæ; eccleſia Epiſcopalis totam inſulam ſibi vindicat cum omnibus adjacentibus: decimas autem ædes Hvalseyenſis ſibi aſſerit. Templo Einarsfiordenſi, qvod omnem Rammaſtadafiordũ poſſidet (verſio Germanica de Ramſtadarfiordo ſilet) non procul adjacet magnum prædium Regium, qvod Helluſtadæ ſev Hellirſtadæ appellatur (verſio Dan: hæc ita variat; Proxime, inqvit, Einarsfiordum Hvalseyarfior-

fiordus excipit, ibi templum, qvod Hvalseyarfiords kirkia appellatur, illud totum ſinum, totum qvoqve Rambſtadefiordum poſſidet, ibi magna villa Regia nomine Thiodhylleſtad, Verſio, Germ: hæc non habet). Proximus Eirikfiordus in cujus ingreſſu inſula nomine Hereya, qvæ media ſui parte eccleſiæ Epiſcopali, media templo Dyraneſiæ ſubjacet. Dyrneſiæ templum omnium primum in Gronlandia fundatum eſt, qvæ navigantibus in ſinum ad ſiniſtram jacet, cui omnia Midfiordum usqve ſubjecta ſunt, (verſio Dan: Dyrneſiæ templum omnium, qvæ in Gronlandia ſunt, maximum, verſio Germ: nobiliſſimum tradit, inſulamqve Hereyam Herrieren perperam appellat, derivatqve ab Herrer, dominis, qvaſi dominorum inſulam dixeris; mihi notatio ab heri, lepus, potior eſt, ut leporum inſula cluat, additqve, qvod conſpiciatur, cum primum Eiriksfiordus intratur. Midfiordus ex Eiriksfiordo in japygem (nordveſt) recta procedit, parumqve interius in ſinu Eiriksfiordo templum Saltfiallenſe, Saltfiallz kirkia (verſio Danica Solefieldz kirkia, tem-

templum montis Solarfiall dicti) jacet, qvod omnia intra ſinum poſſidet (verſio Dan: omnem Midfiordum poſſidet; verſio German: tradit Midfiordum qvidem ex Eiriksfiordo protendi, propius ei adjacere ſinum alium verſus aqvilonem, nomine Bondefiordum (Arngrimo Breidafiordum), inqve illo aqvilonis tractu complures inſulas & portus exiſtere, qvæ alibi mihi non occurrunt, nec Auſtrbygda plura habet). Longius intra ſinum eſt Lieders (forte Leirdals templum ,! ita Islandus Scriptor colligit) templum, ad illud pertinent omnia ad limitem usqve, & ex alio latere montem Burafiall usqve. Omnia autem à Burafialle templi cathedralis ſunt, ibi etiam magnum prædium jacet, nomine Brattahlid, ubi ſupremus terræ judex habitat. (Verſio Danica porro dicendis hanc apoſtrophen præmittit. Jam ad inſulas occidentaliores procedendum). A Langeya occidentem verſus Lambeya jacet, & fretum Lambeyenſe, qvod inter Lambeyam & Langeyam intercedit: qvæ ſingula Eiriksfiordo competunt (verſio Dan: de hac competentia nihil habet). Jacet

cet & aliud fretum nomine Faſſeſund (Islandus éxſcriptor colligit Foſſaſund, id qvod exemplar, qvod Danicus interpres ſecutus eſt, tuetur, qvi illud paulo interius in Eiriksfiordo collocat) qvod ſubeſt templo cathedrali in introitu Eiriksfiordi. Omnes iſtæ inſulæ ſinusqve culti ſunt (Nota, per ſinus, adjacentes finibus terræ intelliguntur. Verſio Dan: hunc paragraphum hic inferit, qvi aliàs nullibi mihi occurrit. Eiriksfiordo ad aqvilonem adjacent duo ſinus, qvi dicuntur Ydrivich, Islandice Ytrivik, qvi ex relatione alterius, hic amiſſi nomen ſupponit Innrivik, nam ita adjacent. Ibi proximè ad aqvilonem Oredfiordus, inqve illo ſinu Myenfiordus, tunc ad boream Eyrarfiordus, tunc proxime Burgarfiordus, tunc Lodmundarfiordus, tunc proxime & maxime in occidentem ex Auſtrbygda Iſefiordus, omnes hæ inſulæ excultæ ſunt), inter Auſtrbygdam & Veſtrbygdam duodecim milliaria maritima omnia inculta intercedunt, inqve Veſtrbygda magnum templum extat, ubi lacuna, mox kirkia, id hic omiſſum, verſ: Dan: Steinsnes kirkia,

kia, Germ: Strobneb corruptè, Epiſcopi Theodori Strömsnes kirkia reſtituit, qvod aliqvantiſper cathedrale fuit, & Epiſcopalis ſedes. Jam vero Skrælingi omnem Veſtrbygdam inſident. Hic tamen eqvorum, boum, ovium, & omne genus ferarum abunde, hominum neqve ethnicorum, neqve Chriſtianorum nihil viſitur. Hucusqve Ivaris Bevii relatio, ſeqventia idem exemplar habet. Ex Veſtrbygda procedit magnus vaſtusqve mons, nomine Himinradzfiall (verſio Danica ad aqvilonem Veſtrbygdæ magnus mons adjacet, qvi Himelrachsfiall uſurpatur) nulli ultra montis iſtius terminum navigatio tuta, aut ſine præſentiſſimo vitæ periculo, ob voragines, qvæ toto iſto pelago freqventes ſunt.

Hos ſinus in Veſtrbygda Arngrimus recenſet, Lyſuſiordum, templum (ibi) Svarfiordum, Leirufiordum, Hornafiordum, Agnatafiordum, Lodinsfiordum, Straumsfiordum, Andafiordum, Ragnafiordum, Einarsfiordum. Provinciæ vero orientalis hos numerat, Tofafiordum, Ofundinfiordum, templum, Helliseyam inſulam, Haf-

 grims-

grimsfiordum, Hrakbiarnareyam inſulam, Lundeyam inſulam, Makleiksfiordum, Hafafiordum, Auſtksfiordum, Thorvaldzfiordum, Hornafiordum, Herjulfsfiordum, templum, Auſtkarsfiordum, templum, Ketilsfiordum, templum, Eiriksfiordum, trina templa, Iſafiordum, Rafnsfiordum, Midfiordum, Dyrafiordum, Berthorsfiordum, Melrackaneſiam promontorium, Einarsfiordum, templum, Helliseyarfiordum, templum, Hvalseyarfiordum, templum, Alftafiordum, Siglufiordum, templum, Brandafiordum, Edri Kollafiordum, Steinsfiordum. Interpres Gronlandiæ Arngrimi hos ſinus paulo aliter, diverſoqve ordine hoc modo recenſet. „ Lofafiordr, Melrackanes, Herjolfsfiordr, „ Hellisey, Helliseyarfiordr, Ketilsfiordr, „ Hrakbiarnarey, Lundey, Alftafiordr, „ Siglufiordr, Einarsfiordr, Auſtkersfiordr, Hafgrimsfiordr, Hvalseyarfiordr, „ Nordfiordr, Eiriksfiosdr, Iſafiordr, „ Makrilsfiordr, Brandafiordr, Midfiordr, „ Ekrukollufiordr, Dyrafiordr, þorvaldsfiordr, Auſtbungsfiordr, Steinsfiordr, „ Bergtharsfiordr.

Magi-

Magister Theodorus Thorlacius Bevii relationem de Gronlandia à superiori parum discrepantem, qvam etiam hic inferre non pigebit, hunc in modum nobis reliqvit.

Orientalissima, inqvit, Gronlandiæ colonia subjacet promontorio Herjolfsnesiæ orientem versus, nuncupaturqve Skagafiordus: in ostio sinus pulvinus longus in transversum, ubi ingressus patet, protenditur, ita ut nullæ majores naves ingredi possint, nisi æstuante mare: tunc qvoqve ingens vis cetorum aliorumqve piscium sinum opplet, ita ut ibi communis piscatura exerceatur, veniâ tamen Episcopi, sinus enim sedi cathedrali subest. Magis ad ortum jacet sinus ollum lengri, sev omnium longissimus, qvi ex angusto ostio late panditur, adeo longus, ut nemo adhuc finem ejus noverit. Ibi parvarum insularum, qvas holmas vocant, magnus numerus, planaqve utrobiqve latera, alto gramine vestita. Ad occidentem Herjolfsnesiæ Ketilsfiordus occurrit: ubi cænobium Canonicorum regularum, S. Olafo

& S. Auguſtino dedicatum. Ketilsfiordo proxime adjacet Rafnsfiordus. Longe in interioribus ejus Monialium monaſterium Sancto Olafo ſacrum ſitum eſt. Proximus illi Einarsfiordus eſt, qvem intrantibus ad ſiniſtram objacet parvum promontorium nomine Kliningus, ad dextram vero magna ſilva, ubi greges armentaqve parva magnaqve ædis cathedralis paſcuntur, illa autem in fine ſinus ſita eſt. Inter Einarsfiordum & Rafnsfiordum magna villa nomine Foſſ, qvæ Regi competebat, jacet: Einarsfiordo prætexitur magna inſula Rinseya dicta, qvæ ſedi cathedrali una cum toto ſinu ſubjacet, in illa rangiferorum freqvens venatio, ibi qvoqve ſaxum ſciſſile omnium præſtantiſſimum, unde Gronlandi vaſa decem vel duodecim tonnarum capacia, acetabula qvoqve & cantharos conficiunt, eſt enim tam durabile firmumqve, ut vim ignis reſpuat. Longius ad occidentem ſita eſt Langöa, ubi octo ruſticorum villæ, ſedi Epiſcopali ſubjacentes, decimæ vero templo Hvalseyrenſi competunt. Proximus Eiriksfiordus eſt, ubi villa magnifica nomine Bratta-

hlid,

hlid, ſupremi judicis ſedes. Midfiordus ex Eiriksfiordo in Japygem recta procedit, inter Auſtrbygdam & Veſtrbygdam duodecim milliaria maritima, omnia inculta intercedunt. In Veſtrbygda magnum templum extat vocaturqve Strömsneſiæ templum, qvod aliqvantiſper cathedrale fuit, ſedesqve Epiſcopi.

Cap. VIII.

De diſſentientium deſcriptionum qvalicunqve conciliatione.

Situm locorum ſecundum hæc inter ſe in juſtum ordinem digerere difficile eſt. Membrana, qvam ſecutus eſt Biornus de Skardza, ſingula diſtinctius accuratiusqve expoſuiſſe videtur. Bevius ut ſedis Epiſcopalis œconomus, qvæ ad ejus ſuſtentationem deputata erant prædia, eorumqve ſitum ſubjectasqve eccleſias deſcribere ſatis habuit. In utroqve occurrunt qvædam, qvæ non ipſis ſed librario-

rum corruptelis imputanda videntur. Deserta cultaqve ecclesiæ Herjolfsnesiæ subjecta primo excutiam, deinde Austrbygdæ reliqva, tandem etiam Vestrbygdam. In situ Herjolfsnesiæ valde dissident, illa in austrum omnium maxime, hic in orientem protensam tradit, id qvod diverso respectu intelligendum existimo, ut borealium incultorum australissima, & omnium totius Gronlandiæ promontoriorum in orientem maxime projecta statui debeat, videturqve membrana ea, qvæ circa eam sunt, describere, donec ad templum, qvod in eo sinu jacet, perveniret. Id enim non procul inde distare ratio dictitat, itaqve paræcias isti ecclesiæ subjectas, tam orientales, qvam occidentales recenset; & primo promontorium montis celeberrimi Hvarf, qvod Hvarfsgnipa appellatur, eiqve subjectam planitiem. Nam qvod hic Stiarna scribitur, Strond planities, vel declivitas scribendum statuo, ita ut legi debeat, þar er Strond er afhvarf heitir, ɔ: ibi planities vel devergentia nomine Afhvarf; & ratio nominis competit, qvod ex monte Hvarf vergat.

His

His expeditis ad orientaliora procedendo, qvæ inter Hvitſerkum & Herjolfsneſiam jacent, enumerat, incipiendo à Spalſunda, qvam Drangeya, eadem qvæ Bevio Ranseya, excipit, & illam Funkabudir eodem teſte. His proximus ſinus omnium longiſſimus; ſev fiordrinn ollum lengri, Berufiordnm huic adjungit Theodorus, apographum forte Danicum ſecutus, qvod ipſi commodavi, ſed cum nullibi alias extet, nec Petrus Claudii Undalinus, aut chartaceum Islandicum exemplar, verſiove Germanica, nec Claudius Lyſchander, aut Arngrimus habeant, nec ego admittendum exiſtimo. Montem Blaſerchum Epiſcopus, tum ſecundum Eirici Rufi curſum ex Islandia, & qvod monti Islandiæ Snæfellzneſiæ oppoſitus ſit, medioqve itinere uterqve conſpiciatur, recte collocat, Solvadalum Membrana, cultorum orientaliſſimum, Bevius Skagafiordum ponit, ab ortu Herjolfneſiâ haut disſitum, ibi montem incultum nomine Barnafell, omnibus exemplaribus conſentientibus, præter apographum Danicum valde aliàs corruptum, qvod loco montis

ſinum Beruſiordum repoſuit, ut nuperrime diximus. Membrana poſt Solvadalum Tofaſiordum memorat, mox promontorium Melrachaneſiam, tum demum ad templum Herjolfsneſiæ pervenit, unde patet, I. qvod tam culta qvam inculta Eccleſiæ Herjolfsneſenſi ſubjecta ab ortu in occaſum recenſeat. II. qvod cum hæc Salvadalum illa Skagafiordũ ad ortum eorum, qvæ culta ſunt extrema memoret, facile patet Solvadalum huic ſinui adjacere, Tofaſiordumqve ex illo ſinu emitti, cujus forte promontorium Melrakaneſia erit, ex monte Barneſiall extenſum. Herjolfsneſiæ ortum verſus portus commodiſſimus Sandvika adjacet, jamqve occidentalia excutienda. Ketilsfiordus Bevio corrupte Kindilfiordus eſt, ſed membrana Helliseyarfiordum interſerit, qvem ex Herjolfsfiordo emitti inde liqvet; atqve ita conſtat, Ketilsfiordum Herjolfsfiordo proximum eſſe, ubi ad dextram intrantibus, templum S. crucis, forſitan id qvod Codex Flat: in ſinu Vatzdal dicto Ketilsfiordi parte collocat; interius qvoqve ſinus Petrsvika, & in circuitu colonia Vandalabygd, inte-

interius qvoqve monafterium S. Olafo & S. Auguftino facrum, infulis duabus Hrakbiarnareyæ & Lundeyæ fitum, qvem membrana monftrat, tribuimus. Inter Ketilsfiordum & Einarsfiordum Bevius Rumpeyarfiordum tantum interferit. Membrana vero præter Syllendam af Eiriksfirdi (qvod ut corruptiffime fcriptum nullo modo affeqvor, ideoqve omitto) complures finus numerat, qvos omnino ex illo emitti oportet, nimirum Alftafiordum, Siglufiordum, cum templo qvod ibi memorat, fed Codex Flateyenfis Vogenfe appellat, Hrafnsfiordum, Hafrsfiordum, & emiffum ex eo Slettufiordum, Hornafiordum, Ofundinfiordum, qvos finus fecundarios ftatuo, fecus hæc conciliari non poffunt. Ad Einarsfiordum itaqve accedimus, ubi obfervandum qvæ de Linisfiordo habentur, in omnibus exemplaribus corrupte fcripta effe. Apographum Danicum femper Einarsfiordum habet, qvem ingredientibus parvus ad finiftram finus Thorvaldzvika, primo occurrit, foli apographo chartaceo Danico notatus, tunc promontorium Kliningus; interius

ad

ad dextram ſinus Grenivika; qvod autem membrana tradit, ſedem Epiſcopalem ſitam eſſe in Ofundinfiordo, Bevius contra in Einarsfiordi fine, aliter conciliare non poſſum, qvam ut in confinio Einarsfiordi & Ofundinfiordi, ubi hic ab illo emittitur, locus ei debeatur. Templum in Auſtkarsfiordo Arngrimo memoratum idem certe videtur, qvod Codex Flat: ſub Hofdio in Auſtfiordo memorat. Meminit & Arngrimus templi Ofundinfiordenſis, qvod alibi non invenio. Apographum Danicum, cæteris omnibus ignorantibus, cum membrana concordat, qvod Hvalseyarfiordū interponat Einarsfiordo & Eiriksfiordo, id qvod nos qvoqve ſeqvimur, nec ſinus anonymos inſulas vel freta omittimus. Tandem ſe Eiriksfiordus offert. Ibi inſula Hereya, templum Dyrneſiæ. Addit aliud templū in Brattahlid, nam uxor Eirici cum primum Chriſto nomen dedit, illud ædificandum curaſſe traditur, qvod exinde Thorhildis templum appellabatur, cui celebre prædium Stokanes ex adverſo objacet: ibi qvoqve antrum Thormodi, ubi Thormodus Kolbrunarskald S. Olafi poëta,

ta,poſt cædem judicis pronvincialis Thorgrimi Trollii plurımqve, latebras qvæſivit, ſitum eſt in rupibus contra Stockaneſiam. Membrana qvidem Eiriksfiordum omiſit,ſed tria F. poſuit, unde tres ſinus intelligi colligo ex Eiriksfiordo emiſſos, qvorum nomina ex apographo Danico, cum Petro Claudii collato, erui poſſunt hoc modo, illud Eiriksfiordo ad aqvilonem duos ſinus adjacere tradit, qvorum alium tantum Ydrivig nominat, id eſt exteriorem ſinum, reliqvum omittit,qvem tum relationis natura,qvæ interiorem ſupponit, monſtrat, tum etiam Claudius Lyſchander nominatim exprimit, Indrevigqve appellat. Petrus Claudii Midfiordum ex Eiriksfiordo emitti tradit, parumqve interius templum Saltfiallenſe, (qvod Solarfiallenſe rectius ſcribi ex vetuſtis documentis planum eſt), Interius adhuc templum Leirdalenſe, eiqve proxime Bondafiordum (Arngrimo Brandefiordum) inde planum eſt, Ytrivikam & Ynnrivikam his templis exteriores eſſe, cum inter templum Leirdalenſe & Bondafiordum locari neqveant. Qvi Petro

Claudii

Claudii Bondafiordus eſt, apographo ſed corrupte Bredafiordus eſt, cui pari librarii ignorantiæ Myefiordus inſeritur, his verbis. Inqve illo ſinu jacet Myomfiordus, pro qvo Undalinus habet; inqve illo ſinu jacet Mareſtad, prædium forte id nominis. Jamqve hæc conveniunt, qvod Bondafiordo ad aqvilonem adjacet, qvi apographo eſt Eyrarfiordus, Petro Claudii Einarsfiord, qvod idem eſt, rectius tamen Eyarfiordus ab arenoſis inſulis ita appellatus. His Petrus Claudii Lundemarfiord adjicit, (qvi aliis Lodmundarfiordus) ſyrtibus occidentalibus proximum, qvo tamen Iſafiordum ulteriorem facit, ſed apographo inter Eyrarfiordum & Lodmundarfiordum Borgarfiordus inſerendus erit; Sic itaqve colligo, Midfiordum ex Eiriksfiordo japygem verſus (nordveſt) extendi paulo ultra Sollarfiallenſe templum, qvod tamen in Eiriksfiordo jacet, eiqve ad aqvilonem proximum Bondafiordum, ubi villa Mereſtad: ſeqvuntur ad aqvilonem Eyrarfiordus, Borgarfiordus & Lodmundarfiordus, qvos puto eſſe tres anonymos in membrana

qvi-

qvidem indicatos, ſed detritis formis lectores fruſtratos. Cum autem Bevius orientalis tractus occidentale latus extremo Iſafiordo clauſerit, membrana autem ulterius ad Veſtrbygdam usqve proceſſerit, Iſafiordum autem ad Dyrneſiam collocaverit, ex ejus auctoritate eum qvoqve illuc referendum ſtatuo, præſertim cum Undalinus citra relationem ad alios ſinus tantum eum Auſtrbygdæ adſcribat. Seqventes itaqve ſinus membrana proditos ſitu qvem dederat, ordine ei adjungimus, Auſtrbygdamqve Bergthorsfiordo claudimus. De Veſtrbygda præter allata nihil ſuppetit.

CAP. IX.

De ratione navigationis ex Norvagia vel Islandia in Gronlandiam dirigendæ, veterum traditiones à Petro Claudii Undalino congeſtæ,

gestæ, qvæ descriptione pag: 172. continentur, collatæ cum chartaceo meo exemplari.

Probatæ auctoritatis & perspicatioris ingenii viros natione Gronlandos, qvi novissime inde profecti sunt, testatos accepimus, qvod á stadis Norvegiæ ad Austrhorn Islandiæ navigatio directa in occasum septiduo absolvatur: Brevissima in Gronlandiam via ab Islandiæ promontorio Snæfellznesia, proris in occidentem recta versis, biduo binoctioqve pervenitur, medio cursu navigantibus, Gunnbiarnarsker obviam fit inter Islandiam & Gronlandiam. Atqve hæc usitata veteribus fuit navigatio, nunc vero desiit, postqvam ex Nordbotnis tanta glaciei moles propinqva insulæ illius insedit, ut nemini sine evidenti vitæ periculo eam ultra tentare tutum sit. A Langanesia promontorio Islandiæ in boream (nordost) longissime extenso, duobus diebus, duabusqve noctibus ad Svalbardium, qvi

fini-

ſtnium ſeu limitum maris primus eſt, iter conficitur. Bergis rectà in Gronlandiam navigaturis, nec ad Islandiam digreſſuris, curſus rectà in occidentem dirigendus eſt, donec Reykianeſiam auſtraliſſimum Islandiæ promontorium á latere, qvindecim tamen milliarium Germanicorum diſtantia, aſſecuti fuerint, cæpto inde limite velificantibus apparebit celebris Gronlandiæ mons Hvarf, unà tamen die prius conſpiciendum ſe exhibebit albicans nivibus Hvitſerkus. Inter hos duos montes Hvarf & Hvitſerkum intercedit promontorium nomine Herjolfsneſia, cui adjacet Portus Sandhofn dictus, publica Nordmannorum mercatorumqve ſtatio. Sin vero ex Islandia Gronlandia petenda eſt, ex Snæfellzneſia, qvæ qvindecim milliarium Germanicorum intervallo caurum verſus à Reykianeſia extenditur, profectio inſtituenda erit, horis viginti qvatuor directè in occidentem navigandum, inde in Africum flectendum, ut evitetur marina glacies, qvæ Gunnbiarnarskeri objacet, deinde in caurum vela diem unum noctemqve vertenda, excipiet nautas op-

tatus Sandvicæ, Herjolfsnefiæ adfitus portus. Ad hæc Epifcopus Theodorus Thorlacius feqventia adnotavit. In difcernendis, inqvit, ventorum regionibus prifci minus curiofi, octo tantum principalium rationem habuerunt, nimirum cardinalium qvatuor, totidemqve intermediorum, collaterales reliqvas ad has referre contenti: atqve ita ventum, qvi inter favonium veftvind & circium veftfudveft intercedit, ad favonium retulerunt, & fic de cæteris. Defcriptio ex veteri membrana à Biorno de Skardza excerpta talis eft.

Sapientum effatis traditur, qvod ftadis Norvegiæ ad orientalis Islandiæ Horn feptiduo navigetur, fed Snæfellznefia qvatriduo ad Hvarfum Gronlandiæ. Bergis in Norvegia femper in occidentem vavigandum ad Hvarfum Gronlandiæ, at tunc Hialtlandia verfus feptentrionem transmittenda, fi tamen profpectum nebulæ non impediant. Færeyæ autem verfus auftrum, ut medietas tantum montium appareat, nec propius Islandiam, qvam aves

aves illius longissime evolant, aut balenæ enatant. A Reykianesia australis Islandiæ promontorio, ad Jolduhlaupam Irlandiæ (mihi qvidem minime obviam, ni forte urbs Colagh) triduana in austrum navigatio est. A Langanesia autem septentrionis Islandiæ, qvatridui iter est ad Svalbardium in finibus oceani versus septentrionem, diurnum vero à Kolbeinseya ad septentrionalia Gronlandiæ. Dies autem naturales hic intelligi monstrant antiqvæ rationes hydrographicæ circa Islandiam, qvam Biornus de Skardza reliqvit. Totius enim Islandiæ circuitum septidui navigatione absolvi statuerunt. In singulos autem dies 24 milliaria Islandica nautica sev triginta Germ: computarunt, spatiumqve universum 14 dodecadibus comprehenderunt, si per singula promontoria profectio recta institueretur. A promontorio eoo Horn per Hiorleifshofdium, nautis Portland, inde Reykianesiam, Snæfellzjokul, Hornstrandas, Skagam, Langanesiam, ad idem punctum Horn. Nam hæc promontoria paribus intervallis singula 24 milliaribus Island: nauticis, sev 30

 Ger-

Germanicis diſtinxerunt. Qvod ſi dies artificiales intellexiſſent, in ſingulos naturales 60 milliaria Germanica numeraſſent, qvod abſurdum. Erit itaqve totius Islandiæ ambitus, milliarium Islandicorum 168. Germanicorum 210. A Snæfellznefia autem ad Hvarfum ſev Herjolfsneſiam Gronlandiæ mill: Island: 96. Germ: 115$\frac{10}{70}$: Arngrimo hæc diſtantia viſa eſt pugnare cum illorum traditione, qvi dimidium æqvor inter promontorium Snæfellzneſiam & Herjolfneſiam emenſi montes Snæfellz jokul & Hvitſerkum ſimul conſpicuos perhibent, ideoqve vocem dægr, qvam alii per diem artificialem, alii naturalem intelligunt, ad priorem ſignificationem extendit, id vero Epiſcopus Theodorus Thorlacius egregie explicat. Alios enim bidui interſtitium, alios qvatridui expoſuiſſe, & hos dies artificiales, illos autem naturales intellexiſſe, qvo conceſſo tota diſtantia 57 milliaria non excedit, qvantumvis mappæ illam ultra qvadraginta non extendant. Notis autem ad prologum in Landnamam á ſe diverſus, hæc conciliari poſſe negat: qvod

autem

autem diſtantiam Islandiæ ab Irlandia triduana navigatione metiatur, librarii errore factum exiſtimat, cum enim ſecundum hydrographorum calculationem 150 milliaribus Germ: diſtent, tantillo tempore antiqvitus confici non potuiſſe conjectat. Sed de veteri compendiaria via hic non eſt ſermo, cujus uſum jam dudum glacies eripuit, ſed ea, qvam jam neceſſitas præſcripſit. Sic enim de hac glacie ſpeculum Regale tradit, tantam nimirum glaciei iſtius copiam, ut toto orbe qvantum cognoſcimus, nullibi tanta, pars adea plana, tanqvam in ipſo oceano concreverit, qvatuor aut qvinqve ulnas craſſa, inqve tantum ſpatium à terra extenſa, ut tribus qvartuorve diebus ſuper eam profectio fiat, qvæ tamen magis in ſeptentrionem, peliotemqve, qvam auſtrum aut africum protenditur, ideo curſus in africum aut occidentem dirigendus eſt, donec ſecuritas ab ea tutò ſperetur, deinde ad terram deflectendum. Sæpius autem contigit, ut dum terra præpropere qværeretur, ut in hac impingeretur, multorum qvidem exitio, tametſi

 qvi

qvidam evaſerint. Alios enim audimus, alios vidimus, qvi oriolis per ſuperficiem, qvatuorqve dies, aut etiam plures tractis, tandem ad terram cum navium merciumqve jactura pervenerunt.

De his uberius ex præceptis Archiepiſcopi Nidaroſienſis Eirici Valchendorphii.

Anno MDXII. factus eſt Eiricus Valchendorphius Archiepiſcopus Nidaroſienſis, ſub Rege Johanne. Anno autem MDXXI. variis injuriis, inſtinctu Regis Chriſtiani Secundi occultisqve mandatis, à miniſtris ejus vexatus, nec de vitâ ſecurus, dum ad eum in Daniam ad excuſandas ſiniſtras ejus de ſe ſuſpiciones trajicere ſtatuit, ſæva tempeſtate abreptus Amſtelodamum pervenit, ubi Rex qvoqve præſens, dedi eum ſibi fruſtra poſtulavit, cum ad Pontificem Romanum provocasſet; qvi tandem Romam profectus, ſupremum diem ibi Anno 1521. teſte Muſeo Regio, clauſerat. Hic tot annos derelictam Gronlandiam repetiturus, à Rege Chriſtiano immunitatem ad decennium expetivit

vit, nec impetravit. Dum tamen in ſpe erat ejus conſeqvendæ, navem inſtruxit, nautasqve aliqvos, etiam ordinis eccleſiaſtici delegit eò transmittendos, qvos his præceptis inſtruxit, ex qvibus qvæ ad obſervandum curſum extant huc inferimus, reliqva inferius expoſituri. A promontorio ſtadis directè in occidentem navigando, pervenitur ad eminentioris Hvarfsneſiæ litora, ibi æſtus, vorticoſiqve pelagi minimum. Ad ſeptentrionem autem undarum in montium faciem curvatarum, vorticumqve ſe invicem contorqventium, funeſtum confluvium. Hac via inſiſtens, intercedente oceani triente, ab Irlandia ſev Hibernia, duobus ab Islandia dirimitur, ſiqve hucusqve in occidentem proceditur, conſpicetur ſimul ad Borrholibicum (nordveſt) mons Gronlandiæ Hvitſerkus, & Borrhopeliotem (nordoſt) Snæfellz-Jokul Islandiæ, modo ſerenabit. Qvod ſi ventus à ſeptentrione invaleſcat, velis ſedulo obnitendum eſt, ne in occiduæ Irlandiæ lateris periculoſos fluctus navis abripiatur. Sin vero ab auſtro, rectus curſus, qvantum fieri poterit tenendus,

 ob-

obnitendum tamen, ſed ne nimium deflectatur, donec mons Hvitſerkus in aqvilonem vetgat, tunc ad terram velis contendendum, excipietqve portus Eiriksfiordi, non procul à prædio Gardis (id qvod minus conſiſtit, cum Gardæ in Einarsfiordo ſitæ ſint, idqve in ipſo ſinus limite) Conſtituto in medio Gronlandiam inter & Islandiam pelago, ſudo cælo, ſimul in conſpectum veniunt, Snæfellz-Jokull Islandiæ & Hvitſerkus Gronlandiæ: tunc pro vero traditur, ultra triginta milliarium Islandicorum nauticorum (30 vikr ſiofar) ſpatium ad ſingulas harum terrarum non extendi, id eſt $37\frac{1}{2}$ mill: Germ: nam duodecim milliaria Islandica nautica conſtituunt 15 mill: German: Id qvod diſtantia inter promontoria auſtralis Islandiæ Reykianeſiam, & occidentale Snæfellzneſiam evincit, qvæ veteribus 12 mill: Island: cenſetur, milliaria autem Islandica terreſtria etitiam Norvegicis multo majora ſunt.

Plura, de curſu ex Islandia in Gronlandiam, ex iisdem præceptis, inſtituendo.

Ab

Ab auſtrali ſinus Breidafiordi latere in occidentem navigandum erit, donec Hvitſerkus appareat, deinde in libonotum, donec idem à ſeptentrione pateat; exinde Deo duce ſine periculo â glacie ad Gronlandiam convertitur, occurretqve Eiriksfiordus. Ab ejusdem autem ſinus latere ſeptentrionali in Libonotum, qvoad Hvitſerkus in aqvilonem deflectat, tunc qvoqve terra ut prædictum tuto petitur, qvod ſi glacies obveniat in auſtrum navigandum, non tamen usqve adeo, ut nimis Islandiæ appropinqvetur, nam viginti ab illa milliaribus Island: mare ingenti æſtu efferveſcit. Irlandia à vulturno Gronlandiam ſpectat (ſudoſt) Islandia à ſubſolano. Hactenus Archiepiſcopi de navigatione inſtituenda præcepta exſcripſi, ingenioſiqve lectoris judicio cum cæteris conferenda conciliandaqve reliqvi.

In libro chartaceo Sereniſſimi Regis, qvi varias hiſtorias continet, poſt Kroka-Refi hiſtoriam vel potius fabulam ſeqventia extant. Grenland var bygt af Eiriki hinum Rauda, XIV. arum adr Chriſtnin var logtekinn a Islandi, enn þat fann „

 fyrſt

„ fyrst sa madr sem Gunnbiorn het, og
„ vid hann er kent Gunnbiarnar sker, þat
„ er vi vikr sioar fra Geirfuglaskeri un-
„ dan Reykianesi, og skal sigla XII. vikr
„ sioar fyrir sunnan þat, og sva ret til Gar-
„ da a Grenlandi, og er þat biscops stoll
„ þar. Hoc est: Grenlandia exculta fuit ab Eirico Rufo annis qvatuordecim, anteqvam Christiana sacra publico consensu in Islandia recepta sunt, illam autem primus invenit vir nomine Gunnbiornus, à qvo Gunnbiarnar sker, seu Gunnbiorni scopulus, nomen accepit, distat sex milliaribus nauticis à Geirfuglaskeri, e regione (promontorii) Reikianesiæ; inde in austrum ad duodecim milliaria nautica cursus extendendus, dinde rectà Gardas Grenlandiæ, qvæ ibi sedes est Episcopalis.

CAP. X.

Continens Episcopi Theodori Thorlacii topographiam.

Cre-

Crescente in Gronlandia incolarum „
numero coloniam suam divise- „
runt in ulteriorem & citeriorem, „
sive occidentalem & orientalem, vulgo „
Austrbygd & Vestrbygd. In occiden- „
tali Gronlandia hos sinus & loca nota- „
biliora nominatim Antiqvitates recen- „
sent. Straumfiord, ad hunc sinum exi- „
stimo fuisse sedem Episcopalem Strau- „
mnes. 2. Leirufiord cum promonto- „
rio Esunes. 3. Svartfiord. 4. Horna- „
fiord. 5. Lodinsfiord. 6. Kagnafiord, „
ubi prædium Anavik, adjunctam habens „
ædem sacram Divino cultui destinatam. „
7. Agnafiord, ubi prædium Hof cum „
æde sacra. 8. Andafiord. 9. Lisufiord. „
ubi villa Saudanes paræciæ istius tem- „
plo notabilis. Inter occidentalem & „
orientalem Gronlandiam tesqvorum va- „
sta deserta interjecta sunt, ad qvæ ma- „
rino itinere superanda sex remigibus u- „
nica triremi vectis, sex dierum spatio „
opus esse tradunt; alii autem interval- „
lum illud duodecim milliaribus Norve- „
gicis determinant. Orientalis Gronlan- „
dia hos habet sinus ac loca celebriora, „

Bergt-

„ Bergthorsfiord, Steinsfiord, Auſtbogsfiord, Thorvaldzfiord, Dyrafiord cum iſthmo ac prædio Dyranes, primæ apud Gronlandos ædis ſacræ ac eccleſiæ fundatione notabili, Eiriksfiord; qvi aliàs κατ' ἐξοχὴν ſinus Gronlandiæ (Grænlandz fiordrum) appellari conſvevit. In hujus ſinus oſtio duæ inſulæ ſitæ ſunt, qvarum exterior Heriaey, dimidia ad templum Dyraneſenſe, dimidia autem ad cathedrale pertinet. Interior autem Eiriksey, Eirici Rufi hibernis celebris eſt; ex ſiniſtro latere ejusdem ſinus tres alii, verſus occaſum æſtivum regionem intrant, qvorum primus Kollafiordus, alter Midfiordus ubi prædium Gardanes cum templo, tertius Strandafiordus, tres iſti ſinus alibi communi nomine Midfirdir appellantur. Eſt adhuc ulterius in ſinu Eiriksfiord celebris villa Solarfioll cum æde ſacra ibidem extructa, cui vicina eſt Brattalid, villa egregia templo ornata, primum qvidem Eirici Rufi, poſtea autem prætoris vel Nomophylacis Gronlandici reſidentia nobilis. Ex adverſo autem Brattalid à dextero

ſinus

ſinus latere eſt prædium Stockanes; „
non procul à faucibus ſæpius jam repe- „
titi ſinus Eiriksfiord eſt Iſafiordur, cum „
villa ac templo ejusdem nominis: ex „
eodem ſinu alter etiam continentem ingreditur, „
cui nomen Utibliksfiordur. „
Sinui Eiriksfiord proximus eſt Hvalseyarfiordur, „
ab inſula ad ejusdem ſinus „
oſtium ſita Hvalsey denominatus, ad „
hunc ſinum eſt prædium æde ſacra ornatum, „
ejusdem cum ſinu nominis. Inter „
Hvalseyarfiord & Eiriksfiord eſt villa „
Regia Holaſtad, & hanc contra non „
procul à continente Langey inſula haut „
exigua, in octo villas ruſticas diſtincta, „
qvæ eccleſiæ cathedrali tota ſubeſt, præter „
decimas, qvas eccleſia Hvalseyarfiordenſis „
colligit. Sinum hunc ſeqvitur „
Einarsfiordur, ſinus longus & tortuoſus „
ab utroqve latere alios duos „
emittens, à ſiniſtro nempe Hafrsfiord, „
à dextro autem Auſtkarsfiord, ubi prædium „
Hofdi cum templo. Ubi terminatur „
ſinus Einarsfiord conſpicua in „
primis eſt Epiſcopalis ſedes Gardar, ac „
tem-

„ templum cathedrale egregriæ ſtructuræ
„ Divo Nicolao dedicatum. In hoc ſinu
„ hæc præter ea numerantur prædia
„ Hardſteinaberg templo notabile, Lon-
„ gunes vik, Dalr Hamar Föm. Integer
„ hic ſinus Eccleſiæ cathedralis Gardenſis
„ poſſeſſio eſt, una cum inſula Rindzey ad
„ ejusdem ſinus oſtium ſita, ubi ſaxum
„ foſſile generoſiſſimum reperitur, cujus
„ ſupra facta eſt mentio. In hac etiam
„ inſula eſt communis venatio luporum
„ ac cervorum; ſed impetrata tamen ante
„ venia ac conſenſu Epiſcopi Einarsfiord
„ excipit Rafnsfiordur, qvi alium ſinum
„ exiguum, nempe Slettufiord ex ſeſe
„ emittit; ad ſinum Rafnsfiord eſt cæno-
„ bium S. Olalo ſacrum, qvod virgines
„ religioſæ, vulgo Nonnæ inhabitant, cui
„ totus hic ſinus ſubeſt; notandum au-
„ tem eſt, qvod per ſinum non tantum
„ hic intelligamus illam maris partem,
„ qvæ continentem ingreditur, ſed terram
„ etiam circumjacentem, qvam montes
„ undiqve terminant, idqve ſemel mo-
„ nuiſſe ſat eſto. Inter Rafnsfiord & Ei-

narsfiord, eſt celebre Regis Norvegiæ „
prædium, piſcina egregia in primis cla- „
rum, Rafnsfiord ſeqvitur Siglufiordur, „
cum prædio ac templo Vogar, cui pro- „
ximus eſt Ketilsfiordur, ſinus haut exi- „
guus, ubi duæ paræciæ, Vik & Vatzdalr, „
præter monaſterium Canonicorum Re- „
gularium, S. Olao Regi & Divo Augu- „
ſtino dicatum. Hrafnsfiord excipit Hel- „
liseyarfiordur ab inſula adjacente Hel- „
lis ey nomen ſortitus, qvem ſeqvitur „
Herjolfsfiordur, ab cujus dextrum latus „
prominet celebre illud promontorium „
Herjolfsnes, ubi prædium ac templum „
ejusdem nominis; hic in primis conſpi- „
cuus eſt famoſus ille Gronlandiæ mons „
Hvarf, qvi nautis ex Norvegia in Gron- „
landiam navigantibus qvaſi meta fuiſſe „
videtur. A promontorio Herjolfsneſia „
boream verſus petentibus, obvius eſt „
ſinus Skagafiordur, nec procul inde val- „
lis Solvadalur, qvi Gronlandiæ cultæ „
terminus ſeptentrionalis fuit. Qvamvis „
autem ſeptentrionaliora Gronlandiæ lo- „
ca à Gronlandis olim occupata atqve „
habitata non fuerint, habitabilia nihilo- „
mi-

„ minus eſſe, qvousqve Norvegiæ vel ſaltem Islandiæ latitudinem non excedunt, nullus diffiteor. Hæc fuit Gronlandia habitata ſive culta, cujus orientalis pars præter ſedem Epiſcopalem & duo Monaſteria, paræcias habuiſſe duodecim cum prædiis 190. Occidentalis autem pars, paræcias qvatuor & villas 110. In boreali Gronlandiæ tractu notabiles in primis ſunt montes duo, admirandæ altitudinis, Blaſerkur & Hvitſerkur à cærulea glacie; & candida nive, qvibus cacumina eorum perpetuo rigent denominati; horum prior Blaſerkur, ſcilicet bidui navigatione à promontorio Islandiæ occidentalis Snæfellznes diſtare perhibetur, adeo ut nautis dimidium iter Gronlandicum emenſis, ſimul cum monte Islandiæ Snæfellz jokul ſudo cœlo conſpici poſſit. Inter Gronlandiæ iſtos montes modo memoratos ſinus duo terram ingrediuntur, Berufiordur nimirum & fiordurinn ollum lengri, hic ob inſignem longitudinem & portus commoditatem, ille ob piſcationem & balænarum capturam maxime

me clarus. Vaſtiſſimus iſte gyrus, cu- „
jus ambitu Islandia continetur, Troll- „
botnar à gigantibus, qvi ibidem habi- „
tare exiſtimabantur, veteribus audivit, „
glaciei iſtius fluitantis qvaſi receptacu- „
lum eſt, qvam inde ad Gronlandiam „
meridionalem & Islandiam venti ſepten- „
trionales ſæpenumero deferunt. Occi- „
dentale Gronlandiæ latus, veteribus in- „
cognitum, à feris qvibusdam homini- „
bus, qvos Skrælingia appellabant, coleba- „
tur, detexerunt illud annis retro aliqvot „
Dani, præcipuè & Angli, qvorum iti- „
neraria in lateris iſtius delineatione po- „
tiſſimum ſecutus ſum. De inſula illa, „
qvam à Gronlandia meridionali fretum „
Forbiſcheri diſcriminat, antiqvitates „
noſtræ nihil peculiare habent. Arngri- „
mus Jonas in ſua Gronlandia Skrælingia „
land appellare videtur, ego tamen cum „
ex mappis recentioribus, non unam, „
ſed duas inſulas ibidem ſituari animad- „
vertam, eas eſſe exiſtimarem inſulas, „
qvas Leifus, Eirici Rufi filius, ex Vin- „
landia (Americæ) rediens obvias ha- „
buit, priusqvam Gronlandiam attinge- „

„ ret: qva de re Arngrimi Gronlandia vi-
„ deri poterit.

Cap. XI.
De iis, qvæ in Gronlandia proveniunt.

Adjecit præceptis ſuis prædictus Archiepiſcopus merces, qvas campar ari volebat, qvæ ſatis monſtrant, qvæ ibi animalia, vel progenerentur, vel aliunde profecta capiantur, nimirum mures Zabellini, maſtellæ alpinæ martes, ſev mures Sarmatici, falcones albi, linces, lupi, vulpes, hyænæ, cetiphocæ, atqve inter eas genus qvoddam Roſtungr appellatum, qvod Arngrimus ita deſcribit.

„ Amphibion eſt, inqvit, licet ſæpius in
„ profundo qvam arido vivat, 12, 14 aut
„ 15 ulnas longum vel totidem craſſum,
„ qvamvis qvædam etiam in hoc genere
„ minora. Cutis piloſa eſt, ut vituli ma-
„ rini, vel longo craſſior, ex qva reſtim
„ ſimplicem viri robuſti 60 rumpere ne-
„ qveant, prout in ſcriptis relatum inve-
nio,

nio, dentes in ſuperiore maxilla habet „
duos inſigniores, duas qvandoqve ulnas „
longos (ſpeculum Regale non ultra ſe- „
qvi ulnam.) His fertur in ſcopulorum „
rimas, qvæ ad litus ſunt, adactis, pendula „
phoca dormire, atqve etiam interdum „
in ſicco litore, aut litoris ſtagnantibus „
puteolis in receſſu nempe maris undis „
recreſcentibus, aut dormiens, aut ab „
undis deſtituta, piſcatoribus, & incolis „
præda fore, eſtqve hæc beſtia Gronlan- „
diæ cum Islandis communis. Ex ipſi- „
us cute reſtes olim & funes fiebant an- „
chorarii, appellaturqve lingva vernacu- „
la, tam cutis qvam funis ex cute factus, „
Svordr. Unde Hallfredus noſtras cum „
æſtu maris & tempeſtatis vi aliqvando „
funem anchorarium ruptum iri prævi- „
deret „

Færum feſtar vorar „
ferr ſærok at knerri „
ſvord tekr heldr at herda &c. „

& ſvardreip inde facta, vox nota ſatis „
noſtris hominibus, hac Roſtungeri cu- „
te donata; nunc Islandi, Gronlandi ma- „
gnam à Daniæ Norvægiæqve Regibus „

 grati-

„ gratiam inire olim soliti sunt. Hæc Arngrimus, sed notius jam animal vulgo Hollandorum, aliarumqve gentium nautis præsertim Spitzbergam ad Balænarum capturam qvotannis proficiscentium, qvam ut descriptione egeat. De pugna ejus cum ursis niveis vetus scriptum addit, qvod inter eos mira antipathia, odiumqve capitale in atrox bellum utrumqve concitet, non secus ac inter canes ac vulpes; pede ursus dente Rostungus rem gerit, nec congressus nisi utriusqve exitio finitur. Rostungi captura periculo non caret, si à tergo invaditur, nam sentiens insidias supinum se præcipitans venatores opprimit, ipsorum exitium, mutua morte pensat, idqve ob singularem dentium curam, qvos sangvine aut cœno infici non patitur; notatum & bubulcum cum ligone ipsum peremisse, cum dentes luto asperserit. Hæc fide auctoris ab Arngrimo haut ut videtur persvaso omissa reticere nolui. Inter pisces, salmonem, aves, falcones albos Archiepiscopus memorat, diversarumqve animalium exuvias acqviri mandat, argentiqve & auri e venis terræ metal-

metallicis eruta; nec plura ex ipſius mandatis de iſtius modi fertilitate colligo. Speculum autem Regale, liber antea citatus præter animalia, qvæ recenſui, lepores qvoqve & capreas ſylveſtres addit, tanta abundantia, ut facile concludi poſſit, Gronlandiam terram eſſe continentem, neqve enim tantam in inſulis copiam ex paucis tantum advectis progenerari. Albos qvoqve urſos ibi natos, diſpar à nigris genus. Illi enim per ſylvas vagabundi eqvitium armentaqve & pecora in remedium famis dilaniant. Iſti vero glaciem amantes balenis & phocis victitant, adverſus ſævientis oceani minas intrepidi per undas natando, ne phocis qvidem aut balenis cedunt. Sæpe oris Norvegicis, id genus urſus, ſæpius etiam Islandicis glacie advehitur, qvam cum capiendis phocis ſcandit, ſæpius evenit, ut latè in oceanum propulſus terras petere vereatur, ob grandium cetorum immanitatem, qvi pariter illi atqve ipſe minoribus balenis infeſti ſunt. Tutum igitur aſylum magnam illam glaciei molem reputans, non temere deſerit,

abunde enim ad victum phocarum fætus enitentium multitudo, qvæ ſupra, & piſcium qvæ infra, ubi fætum fundunt, à balænarum rapina ſecurum. Cum autem glacies propius terris appropinqvans eas in conſpectum producit, ipſe qvoqve eas celeri natatu petit, uti factum eſſe tradit Undalinus Kelvigi in Finnmarchia ante aliqvot annos, cum urſus niveus illuc provectus magnis damnis incolas affecerit, prius qvam illum occiderunt. Notatur qvoqve qvod anno MCCCXXI. id genus magnæ molis urſus Islandiæ aqvilonaria inceſſerit; qvi octo homines occidit, omnesqve minutim dilaniavit.

Manſvetorum qvoqve animalium, boum, ovium, eqvorum magnum proventum, Bevius in ſua deſcriptione recenſuit, id qvod hic liber ſuo ſuffragio probat, qvi caprorum qvoqve greges adjicit, volatilium inſuper magna affluentia, cignorum, anatum, varii generis falconum alborum & cineraceorum, generis optimi corvorum, aqvilarumqve etiam coloris albi, teſte Biorno de Skardza, qvi hæc ſuo tractatui

tui inſeruit. Nos (inqvit) Islandi experimur, qvod cum glacie Grolandica, huc qvoqve advolant falcones nivei coloris, utet corvi, tantum non ex omni parte albi, qvin & nuper in univerſum albus conſpectus eſt. Nidificat qvoqve in Strandis aqvila tota alba paucos ante annos huc advecta, qvam vivam qvidem capere cum neqveant, occidere nolunt. Piſcium balenarum phocarum ibi affatim, & harum ſex genera ſpeculum commemorat, qvæ glaciem præcipue ſectantur.

CAP. XII.

De generibus phocarum & cetorum ex ſpeculo regali Islandico.

I. Grænſelr, aliis Graſelr, ſex vel ſeptem ulnas longus, albo & magno myſtace, virorum ſenum inſtar.

II. Haſſelr, raro terræ appropinqvat, in alto degens parum minor Grænſelo, albis maculis infectus, haut manſvetus.

III. Vodluſelr, Fleckuſelr, aut Opnuſelr, qvi non proni ſed ſupini natant, vel in latera converſi, natantem glaciem ſeqvuntur, ubi perpetua alimenti ſpes, in Islandiam inde deveniunt, ubi centuriatim capiuntur, eorum pulli primo albi, inde cineracei, tandem matura ætate, magnis maculis palleſcunt, ad qvatuor vel qvinqve ulnas excreſcunt.

IV. Ejusdem generis aliud Blodruſelr appellatur, à membrana à capite dependente, qvæ telo transfixa mortem ei affert.

V. Latrſelr freqvens in Islandia, nam domicilium ſuum ubi progenerantur amant, ſingulisqve annis colunt, qvoad vivunt, variisqve modis capiuntur, nimirum retibus, ſcopulisqve aut arenis incumbentes ictibus, prudentes ut homines, & valde ad nocendum proclivi ſesqviqvartam aut qvatuor ulnas æqvant, planam glaciem habitu qvando libet perforant, eamqve penetrant.

VI. Ejusdem generis eſt Skemmingus duorum tantum cubitorum, miræ naturæ, nam

glaciem ſeptem ulnas craſſam ſubire dicitur, halituqve liqvare, inqve magnas lacunas proſcindere, ubicunqve libet. Latrſelr naturam ovium in multis refert peculiariter in tempore partus, ablactatione ſobolis, & mammarum ſimilitudine. Qvidam Skemmingum Sela Kong ſev phocarum Regem appellant, omnium phocarum minutiſſimum, ulnam longum.

Cetorum genera Gronlandicum mare eadem, qvæ circa Islandiam natantia piſcatoribus conſpicua ſunt, ſi non etiam plura certe omnia nutrire dicitur; notata ſunt id generis ſeqventia.

I. Hnidingar, qvorum maxima copia, in ulnas viginti, cum maxime excreſcunt, qvidam decem tantum aſſeqvuntur, qvidam plures, ſine dentibus & branchiis, nec infeſti, vitant piſcatores, ſœpe tamen capiuntur, centuriatimqve litoribus appelluntur.

II. Hniſa, qvinqve ulnas longa, & qvæ ſeptem non excedit, parvis pro corporis modo dentibus.

III. Vognuhvalir, aliis hnidingar, ulnarum duodecim, dentibus moli corporis aptis, canina forma nec rabie cedentes, nam agmine in majores balænas irruentes, eas morfibus & impetu fatigatas tandem enecant, interdum non fine magna fuorum cæde & jactura.

IV. Hofrungar, octo, aut cum maxime decem cubitorum, dentati pro ftaturæ modo, fed perinde ut fuperiores, canini dentis in morem.

V. Svinhvalr, ad viginti qvinqve aut triginta cubitos longi, cujus pingvedinem, fi ullum animal manducaverit, non tamen in fuccum digerit, cum fingula penetret perfluatqve.

VI. Andhvalr qvindecim cubitorum, prioribus natura haut diffimilis, nam liqvor ejus hauftus, per hominis interfcalmia fe transfundit, Svinhvali autem fingula animantia penetrat.

VII. Hrafnhvalr fev Hrafnreidr colore albo, macræ carnis, qvam pingvis plus habet, branchiis etiam præditus, longitu-

tudine qvatuordecim aut ſedecim ulnarum, benè ſapit.

VIII. Hahiringr aliis Hafhirningr & Hafhvalr ſedecim vel octodecim cubitorum, tota carne lardi inſtar, nihil macri habet, per latera albis maculis diſtinctus.

IX. Hvitingar in Islandia infreqventiores inter minores balænas, decem aut paulo plus ulnarum longitudine.

X. Sildreki, aliis fiskreki, id genus liber citatus, (ſpeculum Regale) tradit, halecum omneqve genus piſcium copiam ex alto ad litora propellere, cumqve poſſit, navigiis hominibusqve nocere, ſemper tamen magnum iis emolumentum præſtat, tanqvam divinitus ad id ſubornatus, qvoad piſcatores cæleſti munere capiendo licitè incumbunt. Sin autem rixæ aut etiam cædes interveniant, ſangvisqve in mare effundatur, tanqvam præſcius, omne piſcium agmen, qvod antè ad illos adigebat, in altum abigit, oblatoqve lucro, ut indigenas iterum privat. In triginta aut etiam qvadraginta ulnarum longitudinem extenditur cum longiſſimus, pingvis eſt,

gu-

guſtuqve ſvavis, cujus tamen captura Nordmanni abſtinent, intuitu commodi qvæſtusqve, qvem iis præſtat, macræ carnis qvam pingvis plus habet, branchias etiam breves, qvæ ſuperiori palato, ut ceteris iſtius generis fixæ, ad ſesqviulnam usqve immerguntur.

XI. Burhvalr, haut majoribus dentibus, qvam ut ex ſingulis manubrium cultri, aut latrones alvei luſorii, ſev ſcachidis conflari poſſint, navigiis ideo minus moleſti, qvod ea fugiunt, ad qvadraginta & qvinqvaginta ulnarum lingitudinem excreſcunt, ætateqve matura, dentes ſeptuaginta habent, cum Svinhvali triginta tantum polleant. Caput exterius planum, ſuperne ſinuatum, tantæ molis, ut vaſa etiam ingentia immergi, iisqve liqvor ſev oleum exhauri, qveant, qvod qvoqve animalibus hominibusqve perinde ac Svinhvali vel Nahvali gaurum noxium eſt & inſalubre, vaſto in primis narium imbre ſev interſtitio notatur.

XII. Sandlægia, qvæ nunqvam triginta ulnas excedit, nec ei nocet, qvod in arida

rida arena jaceat, tarde enim defatigatur, abundatqve lardo (ita liceat pingves ejus carnes appellare, qvod hanc ſpeciem potiſſimum referant) branchiis inſtructa ad manducandum qvoqve idonea eſt. Omnes, qvi planum habent dorſum, macris carnibus deſtituuntur, longioribus qvoqve branchiis, qvam macri iſti gaudent, lingva illis magna, & ſaporis boni, qvod omnibus branchiis præditis commune eſt, faciliusqve pingvedo illorum, qvam macrorum liqvatur.

XIII. Slettbakr ulnarum viginti, nec ultra qvinqvaginta, tribus branchiis, interdum & qvatuor gaudet.

XIV. Ejusdem generis alii, maculis multis, nævisqve, ab illis diſtingvuntur, ſexus fæmininus mammis albis conſpicuus, qvæ iis cum vaccis magnitudine pares.

XV. Geirhvalr qvadraginta vel qvinqvaginta cubitorum, ſvavis ut Sildreki, nec macra carne deſtitutus, nec branchiis.

XVI. Hafrkitti miræ naturæ, nam in morem armentorum circa ventrem pingve-

gvedine, retia referente, obducitur, longiſſimi ad viginti ulnas producuntur, pingves juxto ac craſſi.

XVII & XVIII. Hroſsvalr & Raudkembingr, miræ feritatis aqvatilia, nam hominum cædibus non ſatiantur, qvorum naviga per omnia maria inqvirunt, ut vectores occidant, ad eſum inutiles, cetera noxii, qvaſi creati humani generis hoſtes, nec tamen Hroſshvalr viginti duas, Raudkembingus qvadraginta ulnas excedit, aſpectu ridiculus, rubra juba ut eqvus. Hroſshvalr aliis ſtockull appellatur, qvod magna levitate plerumqve ſaliet, ſupra oculos membrana, qvæ inter ſaliendum, dum corpus per aëra librans naves deſtinat, decidens vero à ſcopo eum abripit, inteſtina ejus eqvinis ſimilia, intra ſqvamas villoſus eſt.

XIX. Nahvalr edilis non eſt, nam tam hominibus qvam brutis morbum, mox etiam mortem eſus accelerat, viginti cubitorum prolixitate, in piſcatores minime ſævus, vitat eos non inſectatur, pingvedo ejus in lebete elixata diſparet, dentes illi minu-

minuti, præter unum decumanum, qvi ex oris ſuperiore palato prominet, candidus erectusqve, candelæ inſtar, totus veluti torno globatus, ſeptem cubitos longus ita è capite directus, ut nullius ad defenſionem aut conflictum uſus ei ſit, qvin & illum tanta cura colit, attingi ne permittat. Hæc balænarum genera eſui inſalubria literis prodita ſunt, Svinhvalr, Hroſshvalr, Raudkembingr, Andhvalr & Nahvalr.

XX. Skeliungr piſcatoribus infeſtus, naves natatu atterit, navigantibusqve ſe objicit, ita ut in eum navis neceſſario ſit dirigenda, qvam ſi poteſt evertit aut confringit, ſeptuaginta aut octoginta ulnas longitudine aſſeqvitur, in uſum alimenti, hominibus acceptus, qvippe pingvis ſine macra carne, cum branchiis ut alii planis dorſis.

XXI. Nordhvalr aliis vatzhvalr, idgenus gratum hominibus pabulum, longitudinem cubitotum, octoginta, vel nonaginta craſſitudine æqvat, id qvod funali menſura compertum eſt, caput trientem conficit,

pu-

puriſſimus piſcium, cum nullis alimentis præter vapores cæleſtes pluviamqve & caliginem victitet, nihil enim in ejus inteſtinis, qvoties captus eſt, inventum eſt, ſed alvum vacuum oſtentabat, oris aperiendi exigua ei facultas, nam branchiæ per medias fauces explicantur, idqve illi ſæpius exitio fuit, cum occludere apertum neqviverit. Navibus haut inimicus, dentibus caret, branchiis ad tredecim ulnas, cum ad maturam ætatem pervenerit, extendit, ſine macra carne ſicut omnes, qvi lato dorſo à cæteris diſparantur, qvandam habet Slettbako ſimilem, qvam omne cetorum genus planam geret.

XXII. Hafreidr balæna ulnarum ſexaginta aut paulo plus, parvum cornu gerit; eſu gratiſſima, Sildreko aut Geirreido comparanda.

XXIII. Reidr, uſitatiſſime Steipireidr, qvi dulcedine omnes ſuperat, mitis, nec navibus metuendus, qvi à Nordmannis maximus captus eſt, centum & triginta cubitos æqvavit, valde pingvis, branchiis gaudet, ſed dentibus caret, ipſius ſperma ſi

si caperetur, panacæa qvædam esset contra omnes morbos, oculorum capitisqve dolores, tremorem artuum, lepram plurimosqve alios vitiosi corporis affectus, aliorum qvoqve cetorum spermata, magnum in medendo usum habent, huic tamen non comparem. Jamqve plurima cetorum genera in Islandia nota exposita sunt.

CAP. XIII.
De monstris marinis, & absurda speculi Regalis narratione.

Hafstrambus & Margya, ille mole ingens statura erectiore è mari eminens in humanam formam effigiatus, caput, collum, oculos, nasum, mentum, singula in illam corporis similitudinem repræsentat, supra oculos veluti galea in conum acuminata, manibus qvidem & humeris caret, horum tamen suprema in utroqve latere refert, inde per inferiora tenuatur extrema usqve, nec constat an

in caudam longam pyramidalem an obtuſam breviorem deſinat, nec ſqvamis an nuda cute obducatur, tantum glacialis apparet, nec unqvam ſine ſubſecuta fæda tempeſtate ab ea regione, cui faciem obverterat, aut ſe ſubducens immerſerat. Adverſo ad navem corpore, omnibus excidium, averſo, procelloſum qvidem mare, nec tamen ineluctabile portendere ſolitus. Illa figura muliebri zonam usqve facie ingenti & formidabili, acuta fronte, rugoſis genis, magno ore, latis oculis, prolixa coma, magnas pectore mammas, qvæ fœminam arguant, gerens, longis brachiis, digitis invicem in morem avium palmipedum convinctis, circa caput collumqve hominem, infra zonam piſcem, ſqvamis cauda pinnisqve referens, ſæpius ſe aqvis immergens piſcem maribus tenens emerſerat, raro & hæc viſa, niſi calamitoſi cœli prænuncia. Et hæc inter aqvatilia monſtroſa, tritones ſirenesqve nec alibi ignota memorantur.

Reſtat unum qvod auctor exponere horret, nec immerito, neminem enim puto illud ita obſervaſſe, ut naturam ejus affe-

assleqvi possit, & non potuisse ipsa hæc relatio satis docet, ita enim describit, ut cuivis pateat describi nunqvam posse, mihi fas hæc ut cætera ejus verbis exponere. Hafgufa, inqvit, cetus unus, qvem exponere extimesco, mansvetus qvidem, nec terris propinqvus, neqve piscatoribus, nec idgenus piscium putem se in mari multiplicare, nec longitudinem ejus ulnarum mensuram rite explicavere, nam qvibus visus est, terræ qvam pisci similior apparuit, neqve unqvam captus aut ad litora appulsus memoratur, nec videtur præter unam aut duos in singulis magni oceani pelagis existere, nec commistione propagari, cum solitudinem ament, nec reliqvi pisces consisterent, si in aliorum cetorum morem propagarentur, propter corporum pastusqve immanitatem. Qvidam eum Lingbak appellant, qvod ericia muscoqve velut consitus appareat. Cum autem esurit, ingenti ructatione svavissimum odorem spargit, qvo perfusa totius oceani vicinia, qviçqvid balænarum piscium qve in Neptuniano isto agro pascitur, ad tantas delicias agminatim allicit, ri-

ctumqve hiantis monſtri in magni ſinus latitudinem expanſum ingreditur, donec immenſæ voracitatis ventre repleto ipſe ſatur, occluſo roſtro, ingeſtam tantæ molis ſaburram condit, qvam toto deinde anno digerit, neqve enim ſæpius qvam ſemel qvotannis cibari dicitur. Literis qvoqve proditum eſt, qvod Epiſcopus Sanctus Brandanus, ſupra hunc piſcem ſacra miſſæ in honorem Dei celebraverit, qvibus finitis piſcem ſe mari immerſiſſe, coqvum autem nautarum ejus ollam coqvinariam reliqviſſe, qvam dum repetiturus adremigaſſet, piſcem ſe ſub undis condidiſſe. Atqve hoc, prodigioſo epilogo narrationem de cetorum generibus auctor concludit, Brandanus ille Scotus fuit, tractaqve hæc fabula videtur ex inſula de ejus nomine appellata, qvæ opinione nautarum Luſitanorum centum milliaribus à Canariis inſulis verſus occidentem jacet, aliqvando conſpicua, ſæpius tamen inconſpicua, de qvo videri poterit Hofmanni Lexicon voce S. Brandani inſula.

Sed nec maris Gronlandici indoles minus monſtri habet: nam veluti univerſa pro-

procelloſa oceani cæliqve vis, ſingularumqve undarum, per aqvarum comitia, late diſperſum agmen, tanqvam è compoſito trifariàm ſe colligens, in tres immanes cumulos montibus celſiores coit, gyrisqve continuis, vaſtiſſimisqve mæandris nullibi interſectis, totius ſpatioſiſſimi æqvoris pomeria ambit, & velut perpetuis ſeptis incluſa, præruptarum cautium ſpecie cingit & obſidet, Hafgirdinga appellant, pauciſſimaqve exempla eorum, qvi inde evaſerint, extant, dari tamen, qvi ſingulari divina clementia eluctati fuerint, ipſa diſcriptio ab illis excepta fidem facit, licet forte in majus aliqvantum, ut fieri aſſolet, aucta & latius exportata.

Cap. XIV.
De conſtitutione cæli.

Citatus auctor tradit pacatiorem multo in Gronlandia qvam Islandia aut Norvegia aeris ſtatum, conſtantioremqve, nec frigus ibi pariter ſævum, ſolis luce eam crebrius coilluſtrari, interdum

dum tamen immane frigus, violentioresqve qvam ullibi tempestates grassari, sed nec diuturnas, nec nisi post longi temporis interstitia, nec unqvam tantas, ut feras exanimene aut eliminent; id qvod de cultis intelligendum, qvæ tamen pro climatum diversitate multum variare videtur: verum Gronlandiæ vicinitas Islandiæ plurimum nocet, nam ex montibus illius perpetua glacie tectis, immodici venti vis niveæqve procellæ demissæ eam maxime affligunt. Notat & auctor meteoron illud, qvod Nordrlios appellatur, tanqvam Gronlandiæ peculiare, qvod tamen Islandiæ extremisqve Norvegiæ cum illa commune est. Imo & hic in nostra Kormte sub lat: gradu 59 sæpius conspicuum; sed qvod magis ibi regiones cœli inflammare videatur, qvasi ab illa origine alio diffusum, dum illam depingeret, illud qvoqve descripsit. In modum diffusissimæ flammæ procul ardentis septentrionalia cœli corripit, inqve editissimi longissimiqve aggeris formam panditur, mox tanqvam multæ organi pnevmatici fistulæ sev calami juxta se

ſe invicem ordine collocati in ictu oculi ſurſum deorſumqve feruntur, ſe momento nunc ad ſuperiora attollit, nunc ad inferiora deprimit, ut celeritatem ejus nemo, qvi non perſpexerat, cogitatione aſſeqvi poſſit, intermenſtrui tempore, & cum luna principiis extremisqve menſium in cornua curvatur, obſcuris noctibus, tanto ſplendore coruſcat, ut foris & intra ædes, ubi per feneſtras radios vibrat, non minus qvam luna impleto orbe micet; Illa autem plena langvidius lucet, cumqve fulgidiſſima luce tripudiantis ſpecie arctoi cœli climata perſultat, protinus in tenebras fumidosqve vapores diſſolvitur, rurſusqve alia loca, ubi prius extinctum viſum eſt, accenditur, pariqve ſemper velocitate & nitore circumagitur; die redeunte diſparet. In eo autem Petrus Claudii hallucinatus eſt, qvod eousqve ad ſuperiora attolli negavit, ut ultra Gronlandiam Islandiam & extrema Norvegiæ conſpiciatur, ut modo monſtratum eſt. Hoc addam, qvod his oculis in Islandia conſpexi, nimirum non ſemper meteoron hoc in modum choreas ducentis

ſpectaculum præbere, ſed continuo fulgore, ſibi tamen interdum inimicum ſe invicem magno terribiliqve impetu collidere; parvulus eram, ſed memini, viros qvoqve ad trucem illius aſpectum obſtupuiſe.

CAP. XV.
De Gronlandorum victu.

Qvamvis opulentiores experturi, an fruges ibi provenerint, ſemina arvis immiſerint, parce tamen ſegetem produxerunt, gelu frigoreqve obſtante, plebs autem, neqve panem novit, nec fruges viderat (id qvod ex hiſtoria refellitur) paſcuis autem admodum læta fertilisqve terra traditur, profertqve corpora magna pinqviaqve armentorum & pecorum, boves, vaccas, oves & capras; hinc butyri, caſei, lactariorumqve largus proventus, præter ferarum terreſtria & marina prius commemorata. Sylvas autem Gronlandiam producere ex Bevii relatione cap: VII. expoſita manifeſtum eſt, ubi

in

in Ranseya publicam in ſylvis urſorum niveorum venationem commemorabat. Meminit & venationis & ſaltus magni in prædio Dalo, & in fine (qvod Petrus Claudii aliiqve habent, nos vero ibi omiſimus) celſis in montibus, & profundis vallibus provenire glandes magnitudine pomorum eſu jucundas, id vero, qvo Bevii relationem claudit, nimirum qvod triticum par optimis illic naſcatur, qvandam contradictionem involvere videtur, qvam Scriptor Germanus cap. VII. qvoqve agnoſcit & diluit, ex diverſorum climatum, qvibus Gronlandia ſubjicitur, diſtantia, ut ſterilitas terræ extremis boreæ fertilitas auſtralibus competat, qvalis etiam diverſitas in Svecia & Norvegia obſervatur, ubi par cum Gronlandia latitudo, nec ipſe auctor, qvæ de gemina in Norvegia meſſe hic tradidit de ſuo finxerat, nam aſſertorem habet, ſi non ſine dubitatione, Verelium, qvi notis ad hiſtoriæ Gotrici & Rolfi cap. I. pag. 17. ita ſcribit, Sed nunqvid bis in an- „ no meſſem in Scandia fieri ais? non „ ajo, illud dico, qvod ſatum eſt intra duos „

 men-

„ menses in tractu borealiori maturesce-
„ re, & in horreum convehi; itaqve cum
„ semestrem hic diem scirent, (agit de
„ scriptoribus antiqvis, Plinio, Martiano,
„ Capello, Diodoro Siculo) & tantillum
„ tempus inter sationem & maturitatem
„ deprehenderint exteri, messem qvoqve
„ bis in anno fieri posse non absurde col-
„ ligebant, qvamvis id usu non veniret.
Certe id Episcopus Nidarosiensis Ar-
noldus de Fine, qvi ad sollicitatum à
Veselio eundem Diodori siculi locum
„ hæc commentatur. Aio, inqvit, si ve-
„ ra est veterum fama olim geminam in
„ fertilissimo Vossiæ, & Sogniæ Bergen-
„ sis tractu floruisse messem asseveranti-
„ um, & vidi ipse aliqvoties prata tribus
„ aut ad minimum duobus fæniseciis in
„ fertili Bergarum solo qvotannis gavisa.
His argumentis inductus laudatus Scri-
ptor credit australia Gronlandiæ sub
eodem, qvo Uplandæ Sveciæ, gradu,
frugum qvoqve feracia esse, qveis se-
ptentrionalia plane destituuntur.

Cap.

Cap. XVI.

De iis qvæ vel Gronlandi gesserunt, vel alii in eorum terra perpetrarunt, peculiariter autem primo fabula de Helga Bardi filia.

Expositis, qvæ ad originem cultæ Gronlandiæ, situm, proventumqve pertinent, narrationis ordo nos ad ea, qvæ ibidem vel à civibus vel peregrinis gesta sunt, rectâ ducit. Ea vero in qvantum literis consignata sunt, ut numero admodum pauca, ita ipsa tenuia sunt, si religionis reformationem, & qvæ eo referuntur, utet Vinlandiæ inventionem excipias, in cæteris qvædam qvoqve non fabulosa, sed meræ chimeræ: in singulis exponendis temporum ductum seqvar.

Agmen ducit Helga, Bardi, Dumbi Regis filii, aliàs Snæfellzas, sev nivosi mon-

montis Deaſtri, filia, qvæ anno DCCC-LXXXVII ſeptidui ſpatio ex Islandiæ promontorio Snæfellznefia glacie Gronlandiam provecta, perhibetur; qvam narrationem Arngrimus exponit, & tanqvam veritati litantem propugnat, nos autem ut abſonam in libro, qvi Series Regum Daniæ inſcribitur cap: III. explofimus. Res à limine repetita talis eſt. Pater ejus Bardus, natus Dumbo, maris Dumbici eponymo, adjacentisqve diſtrictus Rege, matre Miolle, Snæris Kveniæ Regis filiâ; è paterna domo rapta perhibetur, idqve decimo tertio anno (non ut in Serie Regum Daniæ calculum perperam ſubduxi octodecimo) ante natum primum Norvegiæ Monarcham Haraldum Pulchrichomum (qvem anno DCCCLIII. aut anno ſeqvente in lucem editum in Hiſtoria Norvegica oſtendimus) æræ Chriſtianæ DCCCXL, vel qvi proxime ſeqvitur. Decimo ætatis ejus anno Chriſti DCCCL- Dofrio monticulæ (à qvo Alpes Dofrinos denominatos comminiſcuntur) à Patre educandus traditur; triennnio poſt, ætatis decimo tertio, filiam

liam ejus Flaumgerdem, matrimonio ſibi junxit anno Chriſti DCCCLIII.; exinde qvinqvennium apud ſocerum remanſit, ibiqve hanc virginem, de qva nobis ſermo, progenuit. Anno autem DCCCLVIII. inde in Halogiam migravit, fixitqve ſedem domicilii in ſinu Skialftio. Ubi cum annum exegiſſet, uxore Flaumgerde orbatus eſt, anno DCCCLIX. cum tres ex ea filias ſuſcepiſſet, qvarum veterrima hæc ipſe Helga erat, & per conſeqvens in domo Dofrii nata ante annum DCCCLVIII. Brevi poſtea Haraldus Pulchrichomus puer qvinqvennis, patriis Penatibus pulſus, in nutricatum Dofrii receptus traditur, elapſoqve qvinqvennio patri in regnum ſucceſſiſſe anno DCCCLXIII. vel ſeqventi. Duodecim deinde annis Monarchiam molitus, obſiſtentes vel expugnavit vel regno excedere compulit, ita ut exacto biennio Ingolfus, qvam ſexto regni ejus anno inſpexerat, Islandiam primus omnium incolere cæperit, anno ſecundum noſtrum calculum DCCCLXXVII. vel ſeqventi, cujus

jus exemplum magna principum procerumqve regni pars ſecuta, cum deditionem facere nollent, ſubjectam ſibi plebem, eo ſecum abripuerunt. In his Bardus fuiſſe perhibetur, qvi poſtqvam patrem á gigantibus cæſum, auxilio fratris uterini ultus eſſet, eò unà cum illo pluribusqve aliis migravit; qvo vero anno id factum ſit, notatum non eſt. Frater ille Bardi uterinus, cujus memini, Thorkell dictus eſt, cognomento Raudfeldus, patre Raudo, qvi gigantis Svadii de Dofrii filius erat, cui matèr Mioll denupſit, poſt cædem Dumbi, qvem gigas alter nomine Hardverkus decem & ſeptem ſui ſimilibus ſuccinctus ſolum ſecurumqve acatio vectum oppreſſit (non tamen inultum, duodecim enim eorum anteqvam occumberet occidit) regnumqve ejus ſibi ſubjecit. Interim Thorkell adolevit, qvo ad mater qvoqve in fata conceſſit. Tum ille in Halogiam ad fratrem Bardum conceſſit, qvi tunc ex alia uxore, nomine Herthrude, Hrolfi divitis filia, ſex filias progeneravit, ibiqve apud eum habitavit, ducta

ducta uxore Eygerde Ulfi Halogensis filia. Inde simul profecti, transmisso mari Dumbico, Hardvirkum cum triginta gigantibus incendio peremerunt. Cum ibi intutum esset, in Halogiam redierunt, ibiqve permanserunt, qvoad Haraldus Pulchricomus Norvegiam sibi subegerat; qvo perfecto, cum omnes ad tributa adigeret, ad vim ejus evitandam in Islandiam migrarunt; cumqve suum qvisqve prædium, nec procul dissita insideret, inter liberos eorum, puerilia exercitia ludiqve ad fluvium nomine Barna (tenellorum flumen) instituti sunt, ubi Bardi filiæ cum filiis Thorkelis colludere solebant. Accidit autem glacie litori appulsa, cum contentiosius circa oram maritimam luderent, nec fratres patrueles sororibus, nec illæ istis cederent, ut incalescentibus animis, Raudfeldus Thorkelis filius, Helgam, in concreti æqvoris particulam sev tabulam protruderet, qvæ, vento concitante, litore propulsa septimo eam die in Gronlandiam travexit, cum Eiricus Rufus annum eam incoluisset, qvod certe de coloniis eò deductis intel-

ligen-

ligendum, ex iis, qvæ feqvuntur, appàret. Mira res vifa eft, fed relationem familiæ, qvam profeffa erat, nobilitas firmavit, Eirico haut ignota, cum minoribus ejus annis Bardus in Islandiam deveniret. Hyèmabat eo tempore apud Eiricum, vir inter Islandorum primates haut poftremus, Skeggius de Midfiordo mercator celebris: Is eam (erat namqve fpeciofiffima) in fuum contubernium accepit, hyememqve cum ea confvevit, qvo tempore monftrofi gigantes (troll) maritus & uxor; & eorum filius incolas Eiriksfiordi infeftabant, magnaqve damna intulerunt, homines navesqve luxando; ad qvos amoliendos accinctus Skeggius, rem periculofam feliciter, ope tamen Helgæ, expedivit, qvæ eum tantum non è faucibus orci eripuit. Extat carmen, nec ab Arngrimo omiffum, qvod in Gronlandia hunc in modum feciffe traditur, cum patriam animo recolligeret.

Sæl væra ek
ef fia nædi
Burfell bala
bada londranga

'Adol-

Adalþegns hola
Oc ondvert nes
heidar kollu
og hreggnasa
Dritvikar mol
fyrir dyrum fostru

Qvæ Arngrimus ita explicat. Felicem me si patriam videre, & domesticos Lares revisere contingat, promontorii enim lingula, ubi pater Helgæ habitabat, dicitur aundrt nes, simul etiam viciniæ nomina propria rhythmus continet. Proxima æstate Skeggius (nam in Norvegiam ut Arngrimo, ita ut huic Scriptori) in Islandiam rediit, Helgamqve secum domum revexit, ibiqve detinuit, non autem duxit, cum uxorem legitimam haberet, qvam pater deinde repetivit & abduxit, id qvod ei ingentem sollicitudinem incussit: paternæqve domus pertæsa, hospitia commerciaqve hominum diuturna vitavit, inculta solitudinesqve pevagata. Interea unam hyemem, in celebri australis Islandiæ villa, Hiallio transigebat, nomine genereqve dissimulato, ubi cum in extremo cubilis lecto,

insomnium noctium tædium citharæ pulsu plerumqve levaret, qvidam alienigena, nomine Rafnus, qvænam esset exploraturus, propius accessit, eam vero serica interula velatam sedentemqve deprehendit, qvi ut formæ lenocinio captus, lectum qvoqve conscendere nitebatur, vi repulsus, brachio costaqve confracta discessit, nec illa ibi exinde diutius morata, patriam, aliam semper personam mentita, late peragravit, interim solitudinem suam hujusmodi rhythmo qvandoqve deploravit.

Braut mun ec bradla leita
brestr ei strid i flestu
mer tyrir meniaryri
mun ec dagliga kalaz
þvi ec audspenni unnac
alteitum seta heitum
sorg ma sist þvi byrgia
sit ec ein trega greinum

His addit Arngrimus. „Skeggii nepotem ex filia Gesterum nomine, virum ob res gestas perqvam celebrem, „ ad annum ætatis septimum enutrivit, Id

Id qvod de fœminâ hac paulo prolixius recitandum fuit ob circumſtantias „ non paucas, rei veritatem aſſerentes. „ Plures tamen ſuperſunt, qvæ hanc narrationem fortius propugnare videntur, qvas in gratiam eorum, qvi hiſtoriam hic qvam fabulam agnoſcere malunt, adſcribere non pigebit loco minime alieno, cum de Gronlandia, & iis, qvæ ibi geſta ſunt, & inter ea tam prodigioſo caſu, agatur; prius tamen horum cohærentia expendenda erit. Helgam in domo monticolæ Dofrii natam auctor indicat, annum enim tantum mater ejus vixit, poſtqvam inde diſceſſerat, relictis tribus filiabus, qvarum hæc natu maxima. Ante igitur annum DCCCLVIII nata erat, virgo erat, & admodum adoleſcens, cum pueriles ludos, cum patruelibus (qvorum alter undecim, alter duodecim annos nati erant) exerceret; fluvius qvoqve indicio eſt, Barnaa, qvaſi ſynepheborum amnis. Aut itaqve Gronlandia ad qvam translata eſt, prius culta erat, aut hæc falſiſſima; qvòqve pauciores annos ei damus, tantò magis epocham in-

ventæ excultæqve Gronlandiæ exaltamus, qvò plures, relationem de ludis puerilibus infringimus. Inſpiciendum igitur, qvo annorum circulo Bardus in Islandiam migrare poterat. Anno DCCCLVIII. in Halogiam pervenit, anno ſeqvente uxorem amiſit. An pater ejus cæſus fuerit, poſtqvam illuc pervenit, an cum in Alpibus Dofrinis vixit, non liqvet; certe poſt annum DCCCL. cum ad Dofrium eum transtuliſſet, cæſus eſt, materqve Bardi iterum nupſerat, deinde filius, ex illo conjugio natus, uxorem duxerat, tandemqve Bardo ſocius patrem ultus eſt, inqve Halogiam iterum rediit, ibiqve remanſit, donec ſimul cum Bardo in Islandiam trajecit, ſingula annis XXVII. perfici poſſint; ad annum usqve ſeculi LXXVII. vel ſeqventem, cum Ingolfus eam primus incolere cepit, qvi annus erit XIX ætatis Helgæ, aut etiam viceſimus. Bardum autem poſterius eo conceſſiſſe neceſſe eſt. Verum qvo ſerius id contigiſſe ſtatuimus, eo magis ætas Helgæ non pueritiam ſed adoleſcentiam tranſcendit, imo ultra uſitatæ ſene-

ctæ

ctæ terminum, ſi Eirico Rufo juvene ut ipſe confeſſus perhibetur. Anno enim CMLXIV.in aula Comitis Haconis de Hladis, cum Thorgilſe Orrabeini privigno, amicitiam junxiſſe, Floanorum hiſtoria ad calculum redacta monſtrat, ætatis Bardi CXXIV. Helgæ CIV. & hoc tamen ante cultam Gronlandiam: de cujus initiis ſi vel maxime ambigeretur, tamen omnem dubitationem unus Arius Polyhiſtor ſatis adimit, qvi teſtimonio viri, qvi Eiricum Rufum, colonias eo traducentem ſecutus eſt, relationem ſuam ſtabilit, ab avo ſuo communicatam. Atqve his ſatis evincitur, qvicqvid de Helga traditur, meram eſſe fabulam, nihilqve momenti habere, notas qvoqve locorum, qvæ carmine continentur, Helgæ, dum in Gronlandia conſtituta eſſet, pariter affictas, cætera inſpiciemus. Laudata hiſtoria cap: VI. ingentes animi motus Bardi ob orbitatem filiæ hunc in modum diſcribit. Bardus, inqvit, cognito filiæ fato, æſtuans ira, ad filios fratris Raudfeldum & Solvium, qvorum alter undecim annorum, alter duodecim fue-

 rat,

rat, properans, fingulis manibus fingulos correptos in montem deportavit, Raudfeldumqve in cavernam, qvæ ex inde Raudfellzgia appellatur, præcipitem dedit, Solvium autem è præcipitio qvodam, qvod ab illo Solvahamar nomen in pofterum obtinet. His peractis domum rediit, cæfosqve à fe filios fratris profeffus eft; qvod ut frater Thorkell cognovit, Bardum perfecutus, cum in via offendiffet, contenfiofiffime cum illo colluctabatur, fed viribus inferior, fracto crure fuccubuit. Claudicans inde domum Arnarftapam cum perveniffet, obligato crure, cognomen Bundinfotr inde contraxit, qvod obligatus pes redditur. Mutatis deinde domiciliis, in auftralis qvadrantis provinciam Rangarvallas, ad Hængum, qvi totam primus occupaverat, migravit, & ex ejus confilio, tractum circa montem Thrihyrningum occupavit, interqve primos cultores numeratur, ejusqve progenies exponitur, cum libro originum Islandiæ Landnama & Niala confentiens. Verum de his, ut & de Bardo, altum utrobiqve filentium. Sed

Sed nec vindicta luctuosam filiæ memoriam delivit, humani consortii pertæsus, agros possessionesqve inter amicos divisit, & Sigmundo Ketilis Thistilis filio, qvi Bardum in Islandiam secutus traditur, primarium prædium, qvod ipse occuparat, & primus insedit Laugarbreckam (qvod origines pariter silent, sed Sigmundum primum occupasse tradunt, majori verisimilitudine, cum pater ejus sinum Thistilfiordum in boreali qvadrante prius occupaverit, qvam qvod Bardum ex Norvegia secutus fuerit) Thorkeli Skinnvefiæ propinqvo suo, villam Oxnarkeldam. Ipse qvo concesserit pro certo non definitur, tantum existimatum est, qvod edita montis ascendens, vastum ibi antrum ingressus deinceps incoluerit, qvod & ad vitæ genus indolemqve ejus aptissimum visum sit, utpote qvi id à majoribus acceperat, & consvetudine in domo soceri Dofrii sibi familiare fecerat, ipse robore Trollis haut ulla ex parte inferior. Inde invaluit, ut votis qvoqve ad necessitates vicinorum sublevandas invocaretur, Snæfellzas index nivei montis Deus ap-

pellatus, nec cultores ſuos in poſterum fruſtratus, fidem conceptæ de ſe opinioni, latis in periculis auxiliis, præſensqve ſæpius viſus conciliavit, cujus exempla qvædam adducuntur, qvæ huc inferre non attinet, nihil enim divinitatis habent, & ſi qvid in iis hominum vires ſuperat, ſupra tamen malorum geniorum haut attollitur. Qvin & ſingula conficta eſſe, vel levi examine convincetur, itaqve ut indigna prætereo, contentus memoraſſe. Id qvod plurimi momenti ad auctoritatem narrationis ſtabiliendam habet, qvo etiam refero locorum nomina à Bardo ejusqve comitibus, cum primum inſulam aſcenderunt, aſſignata, eorumqve occaſiones. Sunt autem hæc. Cum primum navis ad litus appulit, eam in exiguum ſinum induxerunt, ipſi cavernæ montanæ imminentem rupem ſubeuntes ſacrificia perpetrabant: manet deinde loco nomen Trollakirkia, id eſt Trollorum fanum, nave deinde ad angulum ſinus deducta, alvum dejecerunt, qvem ab aggeſtis excrementis Dritvik nuncupabant; poſtea cum propinqva conjunctim luſtrarent, ſerva Bar-

Bardi nomine Kneif, promontorium qvoddam dono ab eo impetravit, Kneifarnes exinde dictum, ibi capax qvoddam antrum ingressi consilia conferebant, qvod Saunghellir, qvasi canticorum antrum nominabant. Ad parvum deinde stagnum accedens Bardus corpus abluit, qvod inde nomen obtinuit, Bardarlaug, qvasi Bardi lavacrum, nec procul inde domum statuit, appellavitqve Laugarbreckam, id lavacri crepido vertitur. Ingialdus Alfarini filius Vali nepos inter comites Bardi ipso consulente prædium Ingialdzholem sibi asseruit. Groa, uxor viri, inter nautas Bardi, nomine Skialdi, maritum fastidiens, antrum eruit, & qvoad ille vixit sola incoluit, de nomine illius Grouhellir postea dictum; post fata illius, disponente Bardo, nupsit agnato ejus Thorkeli cognomento Skinnvefiæ, qvi natus ad boreale maris Dumbici latus, panni defectu, corio phocarum involutus id cognomen contraxit. Ancilla Bardi Skinnbrok Skinnbrokarlækum inhabitavit. Inter nautas Bardi unus, nomine Svalus,

 uxo-

uxorem habuit Tufam, qvorum uterqve in Trollorum naturam degenerantes, nemine animadvertente ſe ſubduxerunt, inqve propinqvo monte occuluerunt, ad furta deinde converſi, à Bardo vix ac ne vix qvidem opprimuntur, Svalamol inde à Svalo, Thuſubiorg à Thuſa nomina conſecuta, hodieqve retinent. Bardus Heyangrsbiorni filius, Bardi hujus ſocius, altera nave una cum hoc noſtro, ſocia navigatione Islandiam cum peteret, occidentalia inſulæ prævectus, in ſinum ſeptentrionis qvadrantis Skialfandafliotz os devenit vicinamqve vallem univerſam ſibi vindicavit; poſtea obſervato ex conſtitutione cæli auſtralia inſulæ ſeptentrionalibus fertiliora, eo migravit, totamqve Fliotzhlidam occupavit. His inqvies, ſi fides narrationi adſtruitur, actum eſt de reliqvorum, non Islandiæ modo, ſed omnium pene gentium, ab hoc argumento deducta monumentorum auctoritate; his enim inter fundamenta præcipua hiſtoriarum Norvegicarum Islandarumqve conditores uſos Seriei Regum Daniæ Lib: I.

cap.

cap. VI. ipse confessus sum; fateor, nisi fide dignores Scriptores reclamaret, isti nimirum qvi origines Islandiæ concinnarunt, ut dicti libri cap. III. monstratum est. De fratre Bardi Thorkele Bundinsfoto dictum est. Par erit judicium de Bardo Biorni Heiangrensis filio, de qvo Landnama in qvadrante septentrionali cap: XVIII. & XX. pag. 119 & 124, Sigmundo Ketilis Thistilis filio, cui Laugarbreckam, villam, qvam incoluit, suarum præcipuam donasse traditur. Landnama in occidentali qvadra cap. XVII. pag. 37. Ingialdo Ingialdzholi, vel potius Ingialdzhvolis eponymo, de qvo Landnama ejusdem qvadræ cap. VI. pag. 36. & cap. VIII. pag. 40. ubi singulorum domicilia occupationesqve describit, sine ulla hujus Bardi mentione, & Sigmundi qvidem pater, & Ingialdi avus Islandiam prius occuparunt, & hic qvidem destrictus describitur magnam partem, ut Bardi consilio ad sedem figendam Ingialdus minime indigeret. Cap. qvoqve VII. pag. 37. aliam originem innuit, de Solvahamare, qvam hic refertur, nimirum Solvium qvendam occupasse

cupasse Hellishraun; villamqve Brenning prius incoluisse, postea mutatis sedibus ad Solvahamarem migrasse, à qvo nomen qvoqve villam deinde sortitam esse facilius conjicitur. Hæc si viri docti & sagaces, qvi Landnamam sev librum Originum Islandiæ conscripserunt, scivissent, nullomodo omittere potuissent, cum id professioni eorum repugnaret, unde facile patet, Bardi vitam, aut eorum tempore non extitisse, aut apud illos nullam fidem meruisse. De Arngrimi judicio postqvam Crymogæam scripserat, specimen ejus satis testatur; ubi omnia qvæ de Bardo illic tradidit, hic occupationes ex professo describendas suscepisset, omisit. Sed qvid cantica cum consiliis, ut canticorum antrum à consultando dictum fuerit? Qvis Trollakerkiu nomen excogitavit? nec enim Græca illa vox templis tum, certe ante introductam in Islandiam Christianam fidem, applicata est, nec in paganismo ibi nota. Reliqva nomina prædiorum non sunt, ideoqve in Originibus haut notata, sed nec ea qvidem omnia, longum enim fuisset, & ab instituto alienum singu-

ſingula perſeqvi, dubium tamen non eſt ſine aliqva cauſſa non invaluiſſe, id qvod fabulator hic in ſuum uſum convertere novit, nam & ex his narrationem contexuit, inſeruitqve celebres aliàs viros, qvorum in hiſtoriis & originibus mentio fit, indeqve depromſit, qvæ de iis referuntur. Qvibus exceptis, reliqva omnia de ſuo finxit, qvo imaginarium ſuum Bardum celebratiorem faceret: Verum Proletario huic ſcriptori illud cum aliis ejusdem furfuris commune eſt, ut cum plurima comminiſcatur, nihil tamen minûs ſciat qvam mentiri; Bardi enim patrem Dumbum facit, maris Dumbici eponymum; qvod Rumoldum Mercatorem in ſua Evropæ mappa, Dombshaf poſuiſſe, Arngrimus Crymogææ lib. II. m. p. 114. teſtatur. Verum id maris nomen his temporibus longe antiqvius fuiſſe, inde patet, qvod ejus mentio, ut triti & omnibus noti fiat, iisdem temporibus, cum Bardus vixerat, ut in Serie Regum Daniæ à nobis monſtratum eſt. Matrem qvoqve Bardi Snæris antiqvi Kveniæ Regis filiam con-

conſtituit, qvi cæteroqvin Noris, à qvo Norvegiæ nomen, avus habetur, qvæ toto ut ajunt cœlo diſtant. Qvid memorem Geſtum, qvem Bardus, aliena perſona aſſumpta, vicem redditurus ex Thordiſe Skeggii filia ſtupro ſuſcepiſſe traditur, at liber originum pag. 82. in recenſu filiarum ejus, nullam ejus mentionem facit, cum filios tamen progeniemqve exponat. Nec Geſti in ullis fide dignis hiſtoriis memoria unqvam recurrit, certo fabulæ indicio; nec qvicqvam qvod hic de eo traditur fidem meretur, & qvomodo Helga eum enutrire poterat, ſine Lare & certo loco, ſemper vagabunda, niſi ſtipem cum illo oſtiatim petiviſſet, & qvalis ille tantis natalibus orti nutricatus? Tota itineris ejus ſeries in inculta Gronlandiæ, Hellulandiam usqve conficta, indigna eſt, ut huc inferatur, itaqve ſatis prolixe hanc fabulam refutavimus.

CAP.

CAP. XVII.

De Leifo Eirici Rufi filio, introductaqve per eum in Gronlandiam fide Christiana.

Anno æræ Chriſtianæ CMXCIX. Olafo Tryggvino rerum in Norvegia potiente, magnisqve & planè admirandis ſucceſſibus Chriſtianam religionem in regno ſuo, ſubjectisqve provinciis promulgante, Leifus Eirici Rufi filius, eodem autumno, cum Rex per Halogiam idem negotium feliciter promoveret, in Norvegiam pervenit. Redeunte autem Rege, cum ſociis nauticis arceſſitus, ad cultum idololatricum abdicandum, novorumqve ſacrorum profeſſionem invitatur, & poſt cognita utriusqve partis argumenta, afflatu Divinæ gratiæ, rationumqve evidentia convictus facile perſvaditur, ſolenniqve ritu ſacra lympha abluitur, anno decimo qvarto, aut decimo qvinto, poſtqvam pater ejus Gronlandiam

diam incolere cæpit, teste Ario Polyhisto-re in descriptione Islandiæ, cui avus ejus Thorkell Gelleris filius idem retulit, ex relatione rivis Gronlandiæ illius, qvi Eiricum tunc ex Islandia secutus erat, sibi in Gronlandia facta, id qvod omnem dubitationem eximit. Æstate autem proximè secuta, eum cum presbytero, aliisqve sacri ordinis viris ad instituenda eodem in sua patria sacra remisit, qvi inter transfretandum naufragos homines tabulis adhærentes offendens, omnes navi sua receptos periculo exemit, domumqve devexit. Inde ei Fortunati cognomen inditum (chronica MSS. illo reditu Vinlandiam bonam ab eo inventam tradunt, Codex tamen Flat: hanc relationem variat, nec sibi ipsi consentit, ut infra monstrabitur). Eo cum adultâ æstate pervenisset, displicuit patri, qvod hæc duo perpetrasset, qvæ paria judicavit, exemisset nimirum naufragio homines periclitantes, & noxium hominem eo advexisset, (Sacerdotem intellexit) nihilominus instante filio exorari se passus est, ut Christianus fieret sacroqve baptismate abluetur,

retur, cujus exemplo omnes Gronlandi qvoqve Chriſtiani facti ſunt. Hæc ex Codice Flat: Annales autem Biorni de Skardza hæc paulo aliter, itaqve eorum relationes in actis Vinlandiæ exponam.

Tantum autem procedente tempore profectum fecit, ut ſeqventia templa fundata ſint, teſte codice Flateyenſi col: 850: & hæc

IN AUSTRBYGDA.

1. In Herjolfsfiordo, idqve omnium maxime in Orientem projectum.
2. In Ketilsfiordi paræcia, Vatzdalo.
3. In ejusdem Ketilsfiordi paræcia Vika.
4. In Siglufiordo, prædio Vogis.
5. In Auſtfiordo, (fors Auſtkarsfiordo) prædio Hofdis.
6. Sedes Epiſcopalis in Einarsfiordo prædio Gardis.
7. Ad Hardſteinabergium.
8. In Eiriksfiordo, prædio Brattahlid.
9. In eodem Eiriksfiordo, prædio Solarfiallis.
10. In Iſafiordo.

11. In Hvalseyarfiordo.
12. In Midfiordo, prædio Gardanesia.

His addit Einaris Sockii descriptio templum in Langanesia.

IN VESTRBYGDA.

1. In Lysufiordi prædio, Saudanesia.
2. In Agnafiordo, prædio Hop.
5. In Rangnafiordo prædio Anavik.
4. Addit Arngrimus unum in Anafiordo, cujus nomen detritum, nec legi poteſt in tractatu ejus latino, nec poterat interpres Einar Eyolfius, qvi in lingvam Islandicam illud transtulit, & imprimi curavit. Episcoporum Gronlandiæ indicem ad finem libri apponam.

Cap. XVIII.

De geſtis Thorgilſis Orrabenii privigni in Gronlandia.

Is pronepos fuit Atlii de Gaulis, Sogniæ Comitis, cujus avus vim Regis Haraldi

di Pulchricomi declinaturus in Islandiam conceſſit. In aula Comitis Haconis de Hladis anno circiter CMLXIV. Eirico Rufo, tunc qvoqve juveni innotuit; mox ex mutua converſatione, animorumqve haut diſſimilium indole, amicitia orta, utrumqve arctiore nexu invicem devinxit. Igitur Eiricus, illum jam conjuge liberisqve auctum, rebus etiam ad animi ſententiam affluentibus, auctoritate, opibus, affinium propinqvorumqvè præſidiis florentem, nunciis in Gronlandiam evocat, id enim è re ſua maximè futurum arbitratus, ſi novellam coloniam potentioribus civibus inſtrueret. Hic qvoqve conditionem ampliorem auctioremqve fortunam multis illecebris oſtentatam animo præcipiens, haut gravatè in poſtulata ejus conſenſit. Jamqve omnibus ad profectionem approperatis, uxorem licet nihil boni ominantem in itineris ſocietatem admiſit, cum ſuo arbitrio permiſſa, ſuſpectam qvantumvis ejus fortunam ſeqvi, qvam ab eo divelli mallet. Tunc qvoqve Thorgils ſacris Chriſtianis recens initiatus, magnis pietatis exercitiis ſe devove-

 vove-

voverat. Verum inde exacerbatus, humani generis, Dei cælitumqve hostis, non his cessandum ratus, retibus suis eum implicare statuens, specie Thoris Deastri ei per qvietem apparuit, magna corporis mole, rubraqve barba conspicuus, his illum verbis objurgabat. Heus male, male tu, qvi, rerum tuarum vilissimis mihi relictis, argentum vero, qvod meum erat, in putrem lacum projecisti, ego vero istum contemptum damnumqve exigam. Id vero (respondere sibi visus est) bene, qvod societas nostra, hoc modo dissoluta, nos ab invicem separatos, me certe Divinæ curæ protectioniqve reddidit. Ut vero evigilavit, majalem suum mortuum deprehendit. Altera nocte iterum apparens, eadem facilitate se fauces ei elidere posse professus est, qva nuper verri: qvod cum ille se susqve deqve habere testatus sibi videretur, postridie annoso bove multabatur. Jam vero itineri accincto, tertio minitabundus apparuit, prædicens, manifestum infortunium, ni renunciata novella persvasione se perinde ut antea coleret. Cumq; nec minis terreretur, visus

ſus eſt ſibi derepente ab illo ſupra excelſam rupem transferri; unde futuræ navigationis ſpecies, per concitatos undarum cumulos, inferiora horribili fragore concutientes conſpicatior foret. Sed ille nec ſic à ſuſcepta ſemel pietate & Divini cultus conſtantia dimoveri. Cum autem ſomnium uxori expoſuiſſet, reſponſum accepit; dirum qvidem illud, & certe tale, ut, ſi prius oblatum, ſe ab itinere retraxerit; jam vero rem amplius integram non eſſe; ideo mutari non poſſe. In altum delatos immodica tempeſtas excepit ſine intermiſſione in autumnum usqve ſævientis, donec feſſi nautæ etiam potulentis ad arctiora redactis, familiaris antea numinis opem ſacrificiis expoſcendam ſtatuerunt. Qvo cognito Thorgils, gravioribus minis, metu ab idoli ira caſtigato, omnes ab infando conſilio avertit. Tum vero iterum imago Thoris per qvietem viſa. Non ſufficiebat, inqvit, fidem datam fregiſſe, niſi etiam pœnitentes ſocios à devotione revocatos una tecum ineluctabili calamitati involveres, reſipiſce modo & intra ſeptiduum optato potiere

 portu.

portu. Ille autem reſpondit, potius ſe portu in æternum cariturum, qvam ejus ſocietatem repetiturum; atqvi reſpondit Thor. Eſto, me præfractè ut libet averſare, noli tamen ea qvæ mea ſunt detinere. His, cum excitaretur, apud animum reputatis, cæpit exqvirere num qvid in ſua poſſeſſione eſſet, qvod frivolo iſti numini ethnicus conſecraſſet; deprehenditqve bovem, qvem ei vitulum dedicabat, qvem protinus in mare præcipitaturus ab uxore ſocii ejus Joſteini, Thorgerde uxoris ſuæ amita inhibetur, qvæ penuria edulentorum bovem ære licitabat, verum id fruſtra fuit, illum igitur inter impura & Chriſti cultoribus vetita in mare projecit. Tandem octavo ante brumam die deſertæ Gronlandiæ alpibus allapſi navem in ſinu qvodam arenoſo ad ſcopulos impingentes, vecturam vitamqve & acatium conſervarunt, maxima autem pecoris novi agri culturæ deſtinati pars mortua, alimentorum inopiam acceleravit, qvam farris exigua portio phocarumqve venatus ſublevabant. Caſa in ſinu ædificata, coaſſatione habitacula ſeqveſtrabat, jam-

jamqve uxor ejus Thoreya puerum enixa eſt, qvem Thorvaldi nomine parentes inſigniverunt. Ad eum in primis ſuſtentandum idonea matri alimenta deficiebant, cum phocarum carnibus non asſveverit. Jamqve ad feſtum Salvatoris natale tempus procedebat, cum Thorgils identidem moneret, ludis hibernis qvam parciſſime indulgerent, aut ſaltem moderatius eos exercerent, qvam ad id usqve tempus conſveverant, temporiusqve qvieti recederent, qvod tamem non ſemper obtinuit. Primo natalis feſti die cum ſerenaret, foris apricantes, audito à Japyge magno ejulatu, qvid ſibi vellet, ignorabant. Seqventis autem diei veſpera ipſe mature, Joſteinus autem cum ſociis diutius immoderatiusqve cum luſiſſent cubitum ibant. Paulo poſt janua pulſari audita eſt; mox unus eorum, bonum nuncium auguratus, exſurgens egreditur, deſubitoqve mente captus, poſtero die moritur. Proxima veſpera alter qveſtus ſe ab illo impeti, ſimiliter occubuit. Exinde morbus eos invadit, ſexqve ex Joſteini ſociis perimit & ipſum noviſſime. O-

mnes Thorgils in confragoso sinus littore sepelivit, suosqve ut moderatius se gererent hortatur. Finito festo larvatæ mortuorum umbræ oberrabant. Tunc qvoqve Josteini uxor Thorgunna eadem lue infecta exspirabat, deinde familiæ ejus singuli, ita ut mense Goæ medio omnes occubuerint. Omnibus deinde infesti, maxime tamen illas ædium partes, qvas vivi incolebant, incessebant, Thorgilsi qvoqve adeo molesti, ut evadendi facultas, dum maxime tumultuabantur, nulla suppeteret. Eruta igitur sepulchro cadavera rogo imposita cremavit; hic præstigiarum finis. Transacta hyeme, obsessi immodica glacie, egressu pariter prohibiti, æstatem proximam hyememqve seqventem inhospito domicilio detinebantur, ubi socii alterius nomine Koli soror, Gudruna in fata concessit, qvam sub lecto ejus Thorgils humavit. Sed nec tertio vere ulla evadendi occasio affulsit, ubi dum tædiosa mora continuatur, uxor ejus imaginem sibi per qvietem exhibitam refert; visas nempe clara luce fulgentes provincias, hominesqve prælustres; liberationem

nem ex his ærumnarum clauſtris portendere interpretabatur. Ipſe ſomnium qvidem jucundum reſpondit, qvod tamen aliam vitam eiqve beatam denunciet, ſanctorumqve interceſſionem & auxilium, qvos pura & inculpata vita, totqve afflictiones ad commiſerationem moveant. Illa vero orabat, ut de exitu proſpiceret, negabat autem ille hoc ſtatu ullam ad eum viam aperiri. Plerumqve illa lecto immorata tempus ingratum terebat. Qvadam vero die blandiente cœlo, profitetur ſe montana luſtraturum expertumqve, an glaciei congeries alicubi interrupta, aut vadis repulſa ſpem exitus oſtendat; illi diſceſſus ejus cum diſpliceret, brevem futurum reſpondit, ſervos enim ſe piſcatum ablegaturum, œconomum autem ſuum Thorarinum apud eam relicturum. Deinde in alpes profectus, reliqvis omnibus, qvos placida cœli temperies una abripuit, illo tantum non invito ſeqventibus. Pomeridiano tempore invaleſcente vento, cum reditum eſſet, ablatam cimbam piſcatoriam, occi-

ſamqve uxorem, filiumqve ab ubere mortuæ matris pendentem, amotas ciſtas, & qvæ ad victum neceſſaria, ſervos vero nunqvam deprehendit. Tam improviſo ſuper tantas calamitates fortunæ ictu perculſus, qvomodo pueri ſuſtentandi rationem inveniret ſupra modum ſollicitus, qvo ſe verteret neſciebat, unicum conſervandæ vitæ medium ſuccus uberis videbatur, ſed deficiente matre neutrius copia reſtabat. Rem itaqve haut in vulgus notam orſus, papillam ſibi præcidendo, ſangvinem exprimi fecit, aqveo deinde humore ſuccedente tandem puerum uberibus admotum nutricis vice lactabat. (mihi relatio ſuſpecta eſt, maxime ob ætatem pueri, in annum tertium procedentem, tempus nati pueri minus recte digeſtum malo credere) Jam deſtituti ſcapha, unico victus qværendi inſtrumento, neceſſitate magiſtra, carinæ ſtatumina jungunt, coſtas extendunt, tabulis connectunt, coriisqve deinceps integunt, qvod genus navium, neſcio an illis unqvam viſum, Skrælingis uſitatiſſimum idem

idem seculum, sed postea, ut credo, docuit. Fabulam sapit qvod seqvitur, nimirum edilia qvædam, per rupturas glaciei, litori appulsa, duas fœminas giganteas in sarcinas digessisse. Thorgilsem vero alteri eripuisse, manuqve eam insuper multasse, inde sufficienti viatico comparato, repulsa glacie, iter Seleyras usqve suscepte ptum, ibiqve hiematum. Proxima æstate Thorgils aperto mari vectus navem in subjectum rupibus litus subducit, prima autem seqventis diei luce, cum nusqvam inveniretur, socii & in his filius ejus Thorleifus, priore uxore natus, qvamvis commune omnibus periculum, damnumqve prope lethale esset, tamen affectum miseriis animum, nova semper incommodorum relatione exulcerare veriti, eousqve tacuerunt, donec ipse præsens animadverteret. Tum vero abjecta spe, pueri ulterius sustentandi Kolo fideli socio ejus enecandi provinciam mandat, ne lenta morte excrucitatus tabesceret. Is autem ingenii ejus apprimè gnarus, nihil abnuit, certus autem si mandatum exeqveretur immanem ex pœnitentia animi

cru

cruciatum, cum ad se rediret pater, subsecuturum, & prudenter & pie impio facto abstinuit; post moram autem ingressum puero foris relicto; rogat an etiam sustulisset, qvo negante, longe majores gratias egit, qvod iniqvo mandato non paruisset. Eadem nocte læto somnio refectus, meliora sibi in posterum pollicebatur, qvam persvasionem filii qvoqve Thorleifi nocturna visio stabilivit, caseo cortice nudato vesci sibi per qvietem visi; per corticem enim defectum qvicqvid duri diriqve ad eum usqve diem, qvo velut septis inclusos compescuerit, fractum aut emollitum notari persvasit. Accesserunt & alia somnia ipsi qvoqve objecta, in longum propendentia, qvæ conjectores ei feliciora tempora, novæ conjugis consortium, natosqve inde & præclaram progeniem polliceri interpretabantur. Postridie vox inclamantis incerti cujusdam, ut Islandi navem reciperent, audita eos excivit, visæqve duæ giganteæ fæminæ, qvæ statim disparuerunt. Mox ursus in lacuna interruptæ glaciei volutatus, Thorgilsis gladio enectus in præ-

dam

dam ceſſit, magno penuriæ levamento, qvem deinde admodum parcè inter ſocios diviſit; jamqve remis navem circa multa ſinuoſa litora qvam enixiſſime ad ultimam usqve defatigationem ducebant, cum ardens ſitis omnium ora gutturaqve exuſſit, nec erat aqva, qvæ ſedaret, itaqve inter nautas convenit, ut urinam aqva marina miſtam remedium ei exſtingvendæ adhiberent, egeſtamqve hauſtro excipientes, veniam bibendi poſtulabant, Thorgils nec ſe permiſſurum nec vetaturum profeſſus, primo tamen ſibi porrigi mandavit, qvo formulam aliqvam præciperet, acceptoqve infundibulo: Ne tu, inqvit, damnate dæmon, qvi tantiſper iter noſtrum impediviſti, effeceris, ut tantam Sacroſanctæ profeſſioni noſtræ labem inferamus, ut immundum & obſcænum hunc humorem hauriamus, ſtatimqve in mare effudit; mox viſa avis monedulæ forma magno ſtridore avolare. Tum Thorgils, inqvit; hæc illa, qvæ hucusqve permiſſa nobis obſiſtere id tandem moliebatur, ut fædi liqvoris hauſtu nos con-

tami-

taminaremus, eat in malam rem, nos vero incolumes Deus conſervet; nec multo poſt littori adremigantes aqvabantur, tertia poſt die in tentorium ſuum cum æconomo inciderunt. Is cædem qvidem uxoris à ſervis perpetratam confeſſus, ſe vero metu mortis ad eos ſeqvendos adactum, vim eorum effugere neqviviſſe, illis vero alio dilapſis hic, ubi jam eſſet, ſubſtitiſſe, cujus excuſatio cum ſe nemini probaret, ilico occiſus eſt, deinde ſepultus. Inde in autumnum usqve à via pervagati, tandem in ſinum qvendam pervenerunt, ubi navalia vicinam villam indicarunt. Qvò cum ſe contuliſſent, hoſpes nomine Hrolfus eos magna humanitate exceptos apud ſe per hyemem detinuit. Puer fœminæ nutriendus traditus ubi exhibitum lac accepit colore paterno diſſimile teſtatus eſt. Initio veris hoſpes eos, ut æſtatem qvoqve ibi tranſigerent, invitat, vel ſi diſcedere mallent, navem qva veherentur liberaliter offert, id vero Thorgils elegit, teſtatus tantam ejus benignitatem compenſatione dignam. Ille

præ-

prævisum sibi respondit eum in magno honore futurum, posse itaqve sibi civium suorum pacem gratiamqve conciliare, qvorum offensam contraxerit, qvod ille se adnixurum promisit: discendensqve in austrum vela vertit, donec in sinum qvendam devenit, ibi postqvam tentoria fixissent, mercatoriam navem plenis velis, ad eandem stationem adnavigantem conspicit; id vero magno suo commodo fieri persvasus, filium Thorleifum & socium Kolum ad explorandum qvinam essent eò mittit. Tum vero novo & insperato gaudio repente perfunditur cognito socii sui veteris ejusdemqve intimi amici Thorsteini adventu, qvo sodale in Hæbudas à Comite Hacone Hladensi missus, ad exigendum censum trieanio intermissum, rem feliciter & supra votum perfecit, qvem etiam raro in septentrione amicitiæ nexu sibi devinxerat, concessa ei uxore sua, ex qva filium tunc præsentem Thorleifum susceperat; nec memini, aliud hujusmodi exemplum. Unum in Islandia extat, bonorum omnium agrorum, qvoqve & uxorum permutatione memorabile,

qva-

qvarum alia mutationis impatiens, eadem nocte gulam fibi fregit. Hic idem Thorfteinus eodem qvoqve tempore, qvo Thorgils & Eiricus Rufus in aula Comitis Haconis vixerat, jam vero qvadriennium in Islandia manferat, indeqve in Gronlandiam ad invifendum Thorgilfem, qvo eum migraffe fama tenuit, cætera ignarus navigavit, filiæqve ejus ad temporis nuptæ ftatum, rerumqve ejus in patria conditionem retulit. Jamqve uterqve Eiriksfiordum ingreffus, Thorfteinus ad melioris notæ civem Thorerem, Thorgils ad Eiricum Rufum invitatus divertit: verum longe minorem benevolentiam, qvam fibi ab eo pollicebatur, expertus. Nam & qvædam cauffæ fuboriebantur, qvæ illam fubinde labefactabant, forfitan etiam fortuna Thorgilfis, tot adverfis attenuata, qvam florentiffimam fibi fpofponderat, non fatis placebat. Ad hæc urfum prægrandem, qvi colludentis fpecie puerum Thorfinnum ex improvifo, fine tamen notabili ejus læfione rapiebat, confecit, qvem Eiricus dum ethnicus effet coluiffe, jamqve invitus

tus carere, ejusqve desiderio affici credebatur, qvem tamen nihilominus in usus domesticos conversum inter alia fercula mensæ apponi fecit. Hic cum viciniam infestaret, singuli ejus necem Thorgilsi tanqvam de symbolis pensabant. Emersit & alia animi alienati materia, cædes nimirum unius é domesticis Eirici, à socio Thorgilsis Kolo perpetrata, ob læsam probroso dicterio domini ejus existimationem, cum Kolus eum Eirico Rufo componeret, qvem cum Eiricus ad necem rapi juberet, opponensqve se Thorgils, ut ipse raperet, hortaretur, nec peregrinorum auxiliis succinctum, absqve manifesto damno propugnatoribus eripi posse animadverteret, multæ irrogandæ potestatem sibi Thorgilsiqve pariter delatam accepit; qvod deinde cursum amicitiæ eorum magnopere sufflaminabat, ita ut Thorgilsem hospitii qvoqve tæderet. Interea exulum scelerata colluvies triginta capitum, qvorum Dux Thorsteinus qvidam, insulas qvasdam in Eiriksfiordo insidentes crebris vicinos excursionibus infestabant, toti deinde Gronlan-

diæ molesti. Horum injurias cives Eirico qvesti, ut eos amoliretur, exigebant, ille vero Thorgilsis ejusqve sociorum operas reqvirebat. Is non eo fine Gronlandiam se accessisse, ut manifestis periculis se sceleratorumqve gladiis objiceret, perniciosa sibi hactenus ejus consilia fuisse. Cum tamen publica gentis salus id exposcat, paratum se ad civium necessitatem sublevandam futurum, si & ille operam junxerit, prius tamen negotia sua expedienda, deinde per nuntium ei se certiorem faciendum, caveret modo, ne exinde cessaret; mox exoratos cives Hrolto reconciliavit. Inde in Vestrbygdam concessit, divertitqve ad virum qvendam nonine Bialfium, cui ab iisdem latronibus magna formido, qvi se filiam ejus rapturos minabantur. Hic exposito periculo, collectam Thorgilsi ob interfectum ursum debitam, etiam ab istius districtus civibus exacturum se promittens, præsidium ejus reqvirebat, profectusqve per provinciam, cum collegisset, reddidit. Mihi qvoqve hæc narratio suspecta est: cum enim ursorum venatio inter alia acqvisitionis genera solennis,

nis effet, nullum indigenarū huic sternendo animo viribusqve idoneum fuisse, cum tamen assvetudine simul etiam necessitate istud sibi exercitium familiare fecissent, nisi forte Eirici offensam veriti isto urso omnes abstinuerunt. Scrupulum qvoqve movet incolas Vestrbygdæ ad pensationem operæ, ad feram ab iis tam remotam, nec forte unqvam metuendam, tollendam, obligari potuisse, nisi sicut iisdem cum incolis Austrbygdæ legibus ita etiam oneribus tenebantur. Thorgils accepta collatione lætus, ne in hospitem tam benignum ingratus videretur, pollicetur se operam navaturum ad exstirpandos prædones, secus ei, postqvam discesserit, perpetuum ab iis periculum metuendum. Itaqve nunciis Eiricum ad operam jungendam cum triginta sociis evocat, se totidem secum ducturum pollicitus. Is alacriter respondit se haut serius qvam illum accessurum, itaqve cum suo manipulo se ad eos confert; cum autem Eiricus non compareret, consilio habito, Video inqvit Eirici astum, novit, si hos latrones semel aggredi cæpissem, me in-

 cepto

cepto poſtea vix deſtiturum, itaqve periculo nobis, ejusqve eventu deſtinato, ſe ſuosqve ſubducit; annitendum itaqve, ut rem licet arduam, ſuſceptam tamen abſolvamus, ne ei poſtea aliisqve ludibrio ſimus. Cumqve nec numero nec viribus iis ſuperior eſſet, dolo rem aggreditur. Nave in ſtatione infida collocata, ipſe acatio ad ſtationes hoſtium remigat, celebrisqve fatui Anis cognomento Stulti perſonam aſſumit, cognoſcitqve metu ſui territum ducem ſtativis non exceſſiſſe, poſtqvam de adventu ſuo in Veſtrbygdam certior factus eſt, inſuper prodigio qvodam victoriam ſibi deſtinatam, qvod famuli qvos allocutus erat ex myoparonum, qvos poſſidebant, duorum nupero colloqvio dicerant nomina illis Stakarhofdi & vinagautr, qvod eodem mane tale exceptum eſt. Noſtin, Vinagaute, Thorgilſem nos poſſesſurum, imo reſpondit, probe qvidem & magis ad votum, id qvod ait famulus, procul dubio mutationem portendit. His cognitis ad navem redit, poſtea improviſus piratas adortus, ad deditionem facile cogit, uſuram vitæ, pacemqve ſupplices ex-

expoſcentes, ne impetrarent, flagitiorum atrocitas, numerusqve obſtabant; Cæſis omnibus ſoli duci vivendi poteſtas facta, qvam is deinceps aſpernabatur, aperte profeſſus, ſe iis nunqvam fidelem futurum, itaqve ruinæ ſuorum ultimus cumulus acceſſit. Naves ſpoliaqve Thorgils univerſa adeptus, multam tamen inde iis largitus eſt, qvos exſpoliaverant, ipſe ſuperfluo deinceps dives, partaqve fama celebrior, incolisqve acceptior. Jamqve Hrolfus exilio redux, magnum hoſpitalitatis fructum perceperat. Inter Eiricum autem & Thorgilſem irritata dolo qvoqve ſimultas non remiſit, nihilominus evicit, ut ſervorum hyperaſpiſtes Snækollus, qvi tenui ferro uxori ſubtus ubere adacto parricidii auctor erat; cum cæteris ſervis, qvi honeſtas ibi uxores & melioris notæ acceperant, ſuæ poteſtati reſtitueretur, qvem ex ſententia veteris amici Thorſteini, qvi honeſtius eum bonis omnibus, inqve ſervitutem vendi, qvam vita ſpoliari dictitabat, punivit, forte qvod majori dedecore, maliqve in poſterum ſenſu, acer-

K 3 bam

bam vitam tolerando haut impunitiorem duceret, qvam momentaneo vitæ ſupplicio. Cæteri qvoqve illius aſſeclæ bonis omnibus exuti, & ſimili conditione venditi. His in Gronlandia geſtis, naves uterqve ſolvunt, inqve Irlandia primam hyemem exigunt, alteram in Halogia, tandem in Islandiam comite Thorſteino rediit, qvi deinde una cum Thorleiſo Thorgilſis filio ſuo privigno in Norvegiam rediit. Hanc ejus hiſtoriæ partem Arngrimus in ſua Gronlandia parciſſimè exſecutus, reliqva vitæ ejus breviter Crymogææ lib. II. in VI. genealogia pag. m. 149 expoſuit, nos qvoqve hiſtoriæ Orcadenſis lib. I. cap. X. ejus mentionem fecimus. Has calamitates, & invictam in novella religione conſtantiam propitius Deus deinde longa vita & perpetua ad finem usqve, qvæ in annum LXXXV. deſivit, felicitate, claraqve & diuturna ſobole, natorum natis, & qvi naſcebantur ab ipſis, benigne penſavit. Nos hic qvæ ad Gronlandiam pertinent commemoravimus. Hunc in ordine temporum excipit pro-

proximè, cap. proximo memorandus, Thormodus.

Cap. XIX.

De gestis Thormodi Kolbrunarskaldi in Gronlandia, & primo de actis cædeqve socii ejus Thorgeiris Havardi filii.

Is in Islandiæ occidentalis qvartæ districtu Isafiordo, patre Bessio, avo Haldore, proavo Gunnbiorno, Gunnbiarnarskeri Inventore & eponymo, matre Thorgerde, anno ut Codex Flateyensis in conflictu Stiklastadensi monstrat CMXCV. natus, juvenis cum juvene altero societatem, mutuæ fraternitatis nexu unitam contraxit, qvam solenni in paganismo juramenti ritu subitis tribus cespitibus in fornicem erectis, fulcrisqve sustentis, immotis & indivulsis extremitatibus, contraxerunt. Id sanctissimum fœ-

dus & omnino inviolabile habebatur, qvo alter alterius cædem vindicare tenebatur. Is erat Thorgeir Havaris filius, nobilissimi generis matre editus Thorelfe, Alfi de Dalis filia, cui pater Eysteinus, Meinfretus, Alfi de Ostria (qvæ pacæcia Bergis propinqva est) filius. Mater Thorhildis Thorsteini Rufi filia. Hic vir indomitæ ferocitatis, & profligatissimæ audaciæ, sine Dei, sine hominum, sine ullius periculi, sine deniqve mortis metu, eo tamen ingenio, ab Anglis muneribus ornatus, Danis supra fidem honoratus, ita se Sancto Olafo Norvegiæ Regi approbavit, ut satellitum purpuratorum collegio insereretur, magnam deinde partem favoris ejus & gratiæ consecutus; interdum deinde patriam repetivit, iterumqve ad Regem rediit. Novissime eo revectus, cum hyemem ibi exegisset, iterumqve anno seqvente reditum in Norvegiam maturaret, inter eum & Gautium qvendam nuper in itineris societatem admissum, controversia interveniens ad arma usqve processit, cædeqve Gautii constitit, cum derepente navis Gronlandica, eundem portum in-

ingreſſa, anchoris procul litore affixa eſt. Rectores duos habuit, Thorgrimum Einaris filium Gronlandiæ curionem (prætorem nec inepte reddidit Arngrimus) & Thorarinum Offium Thorvaldi filium qvadrantis ſeptentrionalis Islandiæ civem, præferocis animi viros, duo de qvadraginta nautis ſuccinctos. Horum ingenia cum ſuo parum diſtantia, ſponte qvidem ad vim injuriasqve inferendas prona, hoc vero ſtatu, viribus numeroqve duplo ſuis nautis majore, inflatiora perpenderet, pacem cum iis faciendam ſtatuit. Eos igitur accedens exponit, relatum ſibi feroces eos haberi, nec ſuos nautas mitiores eſſe; itaqve præcavendum, ne ſe invicem irritantes, mutuis damnis, injuriis impendiisqve atterant, placere ut pacis fœdera utrinqve componantur; qvod cum facile conveniſſet, fide ab utraqve parte data, ſecuritati conſultum videbatur, igitur Thogeir merces navi infert, eamqve paulo longius à litore removet, ſingulis ſuorum apud ſe detentis, qvod ſuſpectam haberet advenarum fidem, qvantumvis fœdere firma-

tam. Interea isti de recenti cæde Gautii (qvam Thorgeir dum cum iis paciscere-tur reticuit) fiunt certiores, qvi Thorarini amicus propinqvusqve fuerat. Is igitur Thorgrimo exponit, istius se ignarum, secus nunqvam in pacta conscensurum, ejusqve auxilium ad ultionem maturandam exposcit. Is sive innata animi levitate, sive qvod minus sincere factum fœdus crederet, celatâ cæde, cujus ultio ad propinqvum ejus pertinebat, haut sine probro omittendâ, petitis facile annuit, sed veritus suorum cladem, nec incertus haut incruentam, si tamen vinceret, victoriam de tanti nominis pugile se reportaturum, svadente Offio, hujusmodi dolum excogitat. In campo ad qvem è navi Thorgeiris prospectus colliculo intercipiebatur, lintea mercesqve speciosas siccandi prætextu exponit, armatosqve in insidiis collocat, cum mandatis, ut nautas Thorgeiris, qvotqvot in terram exspatiati, ad inspicienda, qvæ exposita erant, accurrerent, protinus securos obtruncarent. Viribus adversarii hunc in modum imminutis residuos nullo negotio supera-ri.

ri. Forte è nave Thorgeiris Kalfus Steinolfus decem ſuorum comitati aqvatum litus tranſcendunt, qvorum tres ad inſpiciendas merces accurrentes ſine mora cæduntur. Mox Trollius & Offius Steinolfum Kalfumqve invadunt, cæſisqve ſex eorum comitibus, ſeptimo fuga elapſo, illos in vincula compingunt, cymbamqve, qvâ Kalfus Steinolfusqve vecti erant, conſcendunt ſuæqve jungunt, deinde utramqve navi ſuæ mercatoriæ præfigunt, qvam remulco tractam cominus navi Thorgeiris applicant. Is qvippe objectu colliculi proſpectu prohibitus, omnium horum ignarus, ut appropinqvantes inſperatos hoſtes, & in cervicibus animadvertit, arma ſubito corripit, & qvantumvis acriter pugnaret, aſcenſu tamen plures prohibere neqvivit; nihilominus enſem utraqve manu vibrans multos concidit, donec plurimis ſuorum cæſis, in puppim ſe recepit, præſidium inde mutuatus, ubi & tunc omnium exſpectatione longius fortiusqve ſe adverſus tantas vires tuitus eſt. Non convenit inter auctores, qvot occiderit,

derit, anteqvam concideret. Codex Flateyensis qvatuor tantum habet, liber alter vetustior qvatuordecim, qvi tamen carmen ex lesso, qvem Thormodus ei fecerat, producit, (qvod an alibi extat nescio) qvod sedecim memorat. In eo certe omnes consentiunt, qvod nemo unus adversus tantam multitudinem, majori cum hominum admiratione pugnaverit. Duo præsertim memorantur necis ejus auctores Mar Norvegus & Thorer, qvorum iste cum manum ejus vulnerasset, lethali vicissim vulnere sauciatur; ille medium cum transfoderet ab inferenti se in gladium Thorgeire perimitur, stante adhuc immoto cum ille occumberet, donec & ipse ictibus Trollii, Offiiqve exanimis concideret, cui Offius deinde caput præscidit, avexit, de ephippio suspendit, illusit, deinde exertæ lingvæ, oculorumqvé ostento territus sepelivit. Interriti animi admiratione placuit cordis ejus habitum rimari, exsectum pusillum apparuit. Inde auctor concludit animosiores qvibus parva qvam magna corda insunt; his enim

enim majorem ſangvinem inde & metum, qvod tamen obſervatione refellitur. His peractis, diviſis bonis in ſocietatem collatis, Thorarinus Offius in patria remanſit, æſtate proxima in jus à conſobrino Thorgeiris Thorgilſe Arii filio vocatus; multam arbitrio ejus irrogatam ſolvit; eadem deinde æſtate in publico conventu in provincia Eyarfiordo cæſus. Trollius autem poſt peractam cædem ſtatim Gronlandiam repetivit. Expoſui cauſſam, qvæ ſocium ejus ad ultionem exeqvendam in Gronlandiam traxit, reſtat, ut illius qvoqve ordinem, nam is Gronlandiam ſpectat, referam.

CAP. XX.

De Thormodo ad ultionem exeqvendam ex Islandia in Norvegiam profecto, cædeqve ibi perpetrata, in ſatellitium Regium asſcito,

ſcito, ejus itinere in Gronlandiam, cæde in Brattablida & acceſſu in Stockaneſiam.

His cognitis Thormodus adeo afficiebatur, ut præ mærore & animi ægritudine nullibi diuturnas moras nectere ſuſtineret, ſtimulabat ardor ultionis, qvam in ſe utpote voti reum fata rejeciſſe agnoſcebat. Eodem igitur æſtate, cum navarcho nomine Harecho patria egreſſus ad inſulas qvasdam Norvegiæ pervenit, ibi in portu per aliqvot dies, adverſô ventô detinentur, cum adnavigantes naves portum qvoqve intrant, inter qvas una, qvæ Regem Olafum vehebat. Inde qvidam mercatoriam navem adeunt, cognitoqve Islandia ſolviſſe, qværunt an & nulli ibi Islandi, qvi priùs Norvegiam non acceſſerint, nam & illi telonium ſolvere tenebantur. Nauclerus Thormodum indicat. Is arcæ, qvæ ejus lecto proxima, inſidens, ſecurim manu tenebat,

bat, cumqve telonium exigeretur, nomen ſuum genusqve confeſſus, vectigal autem in præſens ſe ſoluturum negabat, redditurum autem Regi, cum illum conveniret, qvantum exigeret. Tum exactor, imo vero, ait, ſolves, & qvidem prius, ſolvam cum placet, ſed nec tibi cum ſe reſpondiſſet, alter volumen panni, qvod in lecto jacebat, arripiens, loco vectigalis ſe recepturũ profeſſus abitum maturat; qvem Thormodus dejecta in caput ſecure ilico occidit, cumqve à comprehenſuris impeteretur, inſilivit in navem Regiam, curſuq; ad puppim provectus in genua procidens pedibus Regis advolvitur, deditionem profeſſus, Rex qvid hoc rei ſit qværens, ubi de cæde certior, nomen ejus ſciſcitatus eſt; auditoqve Thormodum appellari, nonne is, inqvit, qvi Kolbrunarskald uſurpatur? Qvo cognito, adoptivus utiqve ait Thorgeiris ſatellitis mei frater; confitenti, qvanti eum fecerim, oſtendam, nam in ejus gratiam veniam dabo, præſertim cum ſupplicem te mihi ſtiteris, eum forſitan ulciſci paras,

rem

rem certe mihi gratissimam, itaqve apud me manebis. Hæc mihi plausibiliora videntur, qvam Codicis Flat: narratio, nam telonia solvere Islandi tenebantur, cujus tributi caussam Arius Frodius in succincta Islandiæ historia luculenter explicat. Nec veritati litat, qvod Thormodus vindictam meditans, in Daniam ad Regem Knutum Magnum prius accesserit, cum sciret, Regem Olafum cæde Thorgeiris irritatum, se haut gravate ad eam perficiendam promoturum. Eodem autumno, navis Gronlandica eo advenit, vectore Skufo viro sapiente, navigandi perito, Regiqve in paucis grato, ejusqve satellitio inserto. Is per hyemem à Rege hospitio acceptus, Thormodo in primis familiarem se fecit, qvem initio veris domum rediturus eò se travecturum pollicitus est. Adito itaqve Rege Thormodus veniam profectionis petit. Illi an & ulturus confæderatum fratrem qværenti, nescire se, qvo eventu cum respondisset, non solum dimittitur, sed armilla insuper aurea gladioqve donatur. Accedentes navem

vem obviam in ponte habent virum barba promissa, statura procera, pileo & facie, Gesti nomine, persona velata, qvi in convectorum societatem se admitti postulabat, Skufo personæ ejus rerumqve ignorantiam excusante, eumqve ad nautarum arbitrium remittente, regessit, persvasum sibi navarchum penes, non item nautas, convectionis jus, sed nec iis se oneri futurum, nec vices sibi competentes aut munera in eos rejecturum. Admissus deinde in urbem regreditur, pauloqve post rediens sarcinam, qvantam vix duo portarent, advexit. Deinde cum tempestatibus colluctantibus sæpius magno subsidio fuit, visusqve est duos fortes viros viribus æqvare, Thormodum qvoqve superare, cætera licet æqvalem, cujus specimen dedit, cum in exhaurienda nave haustis gurgitibus graviore, simul occuparentur, urceis enim & amphoris, anteqvam tubi usus invaluit, aqva egerebatur. Ex alvei imo, Thormodo situla sursum levanda, Gestoqve porrigenda, illi vero ex superiore gradu recipienda erat, qvam cum ille non satis, vel incre-

petus attolleret, hic freqventiore inclinatione fatigatus, decidi permisit. Indignatio inde repente exorta, utrumqve ad arma concitavit, & conflixissent statim, ni intercurrentibus nautis inhibiti, Skufiqve rixas intra naves mali plerumqve ominis commemorantis, auctoritate substitissent. Vi deinde tempestatis antennam fractam, cum nullus Gronlandorum reficere posset, illorum rector navis operam postulat, testatus, animadversum sibi neutrum eorum fabricæ ignarum. Thormodus Gestum tanto esse virium robore monuit, ut vel trudendo coagmentaret. Gestus contra Thormodum tantum esse verborum fabrum, ut vel carmine partes utras compingeret. Mox suam qvisqve asciis dolabrisqve formandam fabricandamqve susceperunt, apteqve deinde connectabant. Eodem autumno in Eiriksfiordum pervenerunt, Gestusqve ad virum nomine Grimum, in ejusdem sinus villa Vika habitantem divertit. Illo tempore Thorkell Leifi Fortunati filius, paternum avitumqve hæredium Brattahlidem incoluit, vir in illa gente potens vulgoqve

goqve acceptus, & apud Regem Olafum gratiofus. His cognito per Skufum, qvod Regis effet aulicus, eiqve enixe commendatus, non modo eum hofpitio excepit, fed & ultro in Regis gratiam invitavit, benigneqve & liberaliter habuit. Erat vir qvidam nomine Lodinus, qvi rei domefticæ curam difpenfationemqve gerebat, folers & induftrius, dominoqve carus. Is indigne ferebat, qvod pellex fua fev concubina Thormodo famulari juffa longiores apud eum per vefperas in domo fegrege, ubi Thorkel cum famulis ante adventum ejus qvietem capere folebat, moras extrahere, minusqve ei qvam antea adblandiri cæperat, fufpicionem impudicitiæ mulieris qvoqve temeritas auxit. Complectenti fe femel amafio, egreffuramqve fiftenti, ferociter obnitendo, usqve dum Thormodus fuccurrens eam qvoqve ad fe traheret, ipfaqve certaminis præmium prædaqve fortiori acceffura videretur. Tum forte interveniens dominus Lodino, ut eam dimitteret, imperavit, vanam illam vefpertinorum colloqviorum, qvamvis aliqvantos longiorum fu-

ſpicionem teſtatus, qvam univerſum cubile accenſarum candelarum perpetua luce colluſtratum facile diſcuteret, ſibi, qvæ tunc agerentur, curæ futura, reliqva momenta ipſum obſervare jubebat. Paruit monitis œconomus nec ultra impedivit, qvominus conſvetam operam Thormodo præſtaret. Jamqve tempus, ad feſtum usqve, natalibus Salvatoris Sacrum, procedebat, qvod qvò celebratius foret, Thorkell, qvæ reqvirebantur, ſedulo conqviſivit, in primis magnam polentæ copiam lupulumqve, aulæa apparatumqve menſalem Stockaneſiæ, qvæ ex adverſo Brattahlid ſita erat, ubi Skufus ejusqve vicinus Biarnius, vir prudens, vulgo acceptus, fabrilium artium valde gnarus habitabant. Rarò in Gronlandia potabatur, qvo vero rariora convivia, eo qvoqve acceptiora, & imagine qvadam magnificentiæ celebriora. Hoc vero convivium, in primis opiparè apparatum, accitorum celebriorum convivarum multitudine freqvens, inter complures, vicinos qvoqve Skufum & Biarnum in magno numero habuit, duravitqve ad totius usqve

qve festi exitum. Tum vero discedentibus hospitibus, Lodinus singulis vestes viatorias, & alia, qvæ custodiverat, Skufo qvoqve & Biarnio pocula, aliaqve utensilia in usum convivii commodata, cum reddidisset, triclinium cum qvatuor comitibus ingressus est, thoracem è pelle vituli marini amictus, alasqve subligaculo intrusas astrinxit; hoc habitu Thormodum, cum Biarnio in opposito scamno jacente, colloqventem, scamno cui & ipse incumbebat, pedibus extractum per pavimentum circumegit; Biarnius frigido joco neqvicqvam desistere jussum, exsurgens in terram arietavit, increpatosqve comites ut dimitterent adegit. Thormodus exsurgens, offensamqve dissimulans, non inusitatos in Islandia coriacos istos ludos respondit. Jamqve Thorkell hospites digredientes ad litus deduxerat, cimbamqve ponti Biarnius admoverat, Skufum cum Thorkell colloqventem, simul ac accederet excepturus, cum Thormodus, Lodinum ex improviso adortus, lethaliter ferit. Qvo conspecto Thorkell,

 justa

justa ira accensus, mandat suis, ut protinus eum occidant. Illis vero subito casu consternatis, Biarnius eum in suam navim evocat, recipitqve, mox ponte (erat enim versatilis) remoto, præsenti periculo subducit. Jamqve vim parantem Thorkelem, armataqve manu extorturum, monet Skufus non esse præcipitandum, nihil enim in ira sanum, spatio opus esse, donec decedat, facilius tunc provisurum, qvid potissimum conducat; meminerit virum illum satellitem esse Regis ordinis superioris, poëtamqve honoratum, ipsius curæ impense commendatum, qvicqvid in eum boni malive contulerit in se collatum imputaturum, certe necem ejus haut inultam passurum, in qvo existimationem suam haut mediocriter læsam agnoscat, reputet itaqve apud animum, an brevi hoc ultionis solatio lucri plus an detrimenti capturus sibi videatur, iræ Regis & impendentis in singulas horas vindictæ metu, an satisfactione cædis, ejus enim pro arbitrio exigendi potestatem se ei facturos, multamqve pecunia-

cuniariam, qvam indixerit, ſtatim ſolutu-
ros; hoc pacto honori ejus exiſtimationi
ſimul & ſaluti & ſecuritati conſultum, ſed
nec ſe illum dedituros, inimicisqve ſub
ictum miſſuros. His animadverſis & mul-
tis, qvi adſtiterant, approbantibus mitiga-
tus Thorkell compenſationem admiſit,
ipſeqve præſcripſit. Mox Thormodus
cum illis Stockaneſiam profectus, qvod
reliqvum erat hyemis ibi tranſegit, ſoli-
to tamen triſtior. Id cum diſpliceret, ſi
qva re indigeret edicere juſſus; comitem
poſcebat, qvi ab omnibus operibus liber,
ſe tantum qvo velit ſeqveretur. Facta
ex omnibus vernis deligendi poteſtate,
Egilem qvendam elegit, longurionem
ſtolidum & illepidum, qvi & fatuus com-
muniter appellatus eſt. Mirantibus qvod
talem præcipue diligeret, virum eſſe ro-
buſtum, & ad imperata exeqvenda prom-
tiorem, qvam rimanda ſagaciorem. Se-
curim deinde faciendam Biarnio præ-
ſcripſit, amplam acutam &
tenuem.

Cap. XXI.

De cæde Thorgrimi Trollii à Thormodo perpetrata, ejus effugio, latebris & capitis damnatione.

Proximo vere ad comitia gentis Gardis in Einarsfiordo, qvotannis celebranda, civium plurimi confluxerant. In his Thorgrimus Trollius supremus judex, magna & inusitata pompa, qvi navis interiora à prora puppim usqve clypeis pigmentatis in contabulati operis formam invicem junctis, hastarumqve magno apparatu instruxerat, in tantumqve ejus fastus creverat, ut cavendum esset, ne verbis minus limatis familiares ejus offenderentur. Adnaviganti comitiatus omnis tentoriis effusus, obviam ei procedens, festa acclamatione judicem excepit. Mos erat Gronlandis, qvoties navigiis iter facerent, ut instrumenta captandis balænis, phocis, & id genus aqvatilibus

tilibus idonea ſecum veherent. Hæc dum navi exportarentur, forte Thormodus præſens, haſtam amentatam contrectabat, juſſusqve à comitum uno ut deponeret, qvod illius uſum ignorare videretur, carmine ſignificabat, ſe, utut hac in arte ei cederet, ſe tamen præferendum, ſi qvando Rex Olafus aciem ordinaret. Jamqve papilio judicis, à miniſtris ad id delectis, ornatu pro conditione loci magnifico, ſtatuitur, id enim gentis erat prætorium, ante qvod ſub dio tribunal & judicia conſtituebantur. Eò cum qvodam die ſereno ex omnibus tentoriis concurſus fieret, Skufus qvoqve & Biarnius cum comitatu omni acceſſerunt, ſolus Thormodus in lecto remanebat, ſub ſtragulo utrinqve villoſo & bicolori, latere alio albo, alio nigro dormiens, qvi ut evigilavit, miratus, omnes qvi antea præſto erant exceſſiſſe, cum adveniens comes ejus Eigill, procul eum à tentorio Thorgrimi refert jucundaqve narratione, qva omnes delectatione afficiat, qvam cellæ in aprico inſidens, populi multitudine undiqve circumfuſus expoſuerit, qværenti

 qvid

qvid contineret, jucundam qvidem respondit, sed memoria effluxisse. Urgenti ut nomen unius saltem vel alterius personæ, de qva ageret, recenseret, neqve enim videri tam subito hæc omnia excidisse, Thorgeirem inqvit insignem athletam nominabat, placere ut ipse accedat, distinctius omnia ex ore ejus hausturum. Exsurgens itaqve Thormodus, stragulum sibi circumdat, nigro latere, spectantium oculis obverso; erant namqve idgenus vestimenta, qvæ interdiu epitogii, noctu straguli usum præstabant. Ipse Eigile comitatus, pone papilionem se conferens, vix qvæ recitabantur audivit. Mane illius diei serenabat, jam vero collectus in nubem aër pluviam repente minabatur. Id prævidens Thormodus, qvo illum in admirationem raptum obseqventiorem redderet, modo cœlum suspicere, modo terram despicere cœpit; qværente Eigile, qvi ita se gerat, talis inqvit jam cœli vultus, qvalis cum magni fragoris conscius esse solet: qvid iste qværit Eigill portendit? semper clades & interitum respondet, itaqve si forte jam intonet, sedu-

ſedulò tibi cave, & curſu qvam poteris velocisſimo, tentorium noſtrum repete. Hæc dum differunt, repentinus omnibusqve inopinus imber cœlo excuſſus, ſingulos ad ſua qvemq; tentoria feſtinantes diſſipat, pars magna in tabernaculum Trollii infuſa, fores opplevit. Ipſe, dum diffluente multitudine paterent, tribunali inſidens exſpectabat. Interim Thormodus accedit, petitqve ut cæptam narrationem perſeqvatur, is paucis abſolvi non poſſe reſpondit, qværitqve ejus nomen. Vigfus inqvit; qvo patre, cum iterum qværeret, Otryggo reſpondit, (Vigfus cædis avidum, Otryggus infidum denotat, fuerunt tamen virorum nomina, tunc qvidem in uſu, ſed & Vigfuſi etiamnum hodie in Islandia uſitatum pariter ac celebre) jamqve mala ſuſpicatus, ſurrecturus ſe erexit, cum tanto ictu feritur, ut calvaria totoqve capite & cervicibus bifariam diſſectis, in terram examinis rueret. Mox Thormodus labentis humeros ſubiens, clara voce exclamat, cæſum eſſe Thorgrimum, vulnus inſpicerent, ſicariumqve appre-

apprehendere properarent. Confluentes ad vulneris inſpectionem, ſed ſubito caſu conſternati, qværunt ubinam cædis auctor, ille viſum ſibi ait, ſed celeri fuga ſe abripientem, nec qvorſum obſervatum, hortaturqve, ut alii corpus ſuſtentent, dum ille inter alios eum qvoqve perſeqvatur, traditaqve aliis ſuſtentandi vice, ſe ſubducens ad litus progreditur, ſubqve promontorio à conſpectu omnium remotus, ſtragulum ſeu lacernam invertit, alboqve amictu incedens, aliam perſonam repreſentat. Inter hæc Eigill, audito tumultu, obſtupeſcens, concitatiſſimo curſu ad ſuum tentorium campos tranſvolare viſus, omnes inqviſitores in ſe convertit, qvorum perſecutione attonitus, acrius ſe concitat; tandem comprehenſus cum ſinguli artus membraqve ingenti formidine tremerent, ſuſpicionem cædis ſimul & exploratores à ſe avertit. Qvidam tranſito promontorio, cum in Thormodum incidiſſet, veſte alba amictum, ejusqve nomen qværeret, isqve Otryggum ſe appellaret, profeſſus percuſſorem ſe qvære-

re,

re, ſine ulteriore inqviſitione eum demiſit. Cum vero ad tentorium non rediret, cœpit Skufo & Biarnio ſuſpectus cædis esſe, tum qvod circa promontorium vir albam lænam indutus viſus dicebatur, tum qvod Skufus in mentem revocabat, S. Olafo cordi eſſe, ne cædes ſatellitis ſui inulta foret; itaqve remittente inqviſitione, ſcapham expediunt, eumqve qværunt, & juxta promontorium deprehendunt, qværuntqve an cædem perpetraſſet, gratulantur de ultione in tanto hominnm concurſu, magis tamen de effugio, inter tot tam potentes & præſentes hoſtes, admiratiqve qvod ipſum ſub humeris cadaveris non agnoverint, qvot ictibus eum exanimaverit qværunt, ille carmine reſpondit, ſe qvidem Scævolam eſſe, poſtqvam in Islandia gravi vulnere ſauciatus, uſu dexteræ orbatus eſſet, nihilominus iteratum ictum ſuperfluum ſibi viſum, cumqve periculum præſens effugerit, longioris id vitæ fatis decretæ argumentum videri. Qværentibus an & Falgeir Thordiſis de Laungunefia filius, acer ille pugil præſto fuerit, reſpondit, ibi qvidem fuiſſe, ſibiqve multa

multa minatum, profuiſſe qvod ſe non agnoverit. Is Thorgrimi ſororis filius erat, tresqve ex eadem matre fratres habuit, Bodvarem, Thorkelem & Thordum. Monentibus ut hac ultione contentus esſet, utpote ſupra ſpem glorioſa, cæſo in totius Gronlandiæ conſeſſu in amicorum propinqvorumqve conſpectu Gronlandorum potentiſſimo, qvo majus à nemine, nedum peregrino, idqve ſine neceſſitudinum auxilio, aut ullo certiore confugio, exſpectari poſſit. Reputaret qvanto in periculo eſſet, qvantas vires in ſe unum auxiliis diſtitutum, qvam potentes familias concitaverit, qvam arduum eos effugere, qvam ſupra vires humanas ſit curſum fluvii detorqvere, id tamen citius effecturum, qvàm ut incolumis è terra hac tanto tam vaſti maris ſpatio à reliqvis habitabilis orbis partibus dirempta, ſalvus ſoſpesqve excedat, ni ſingularis cæli gratiâ, cœptis ejus adſpiret, ille animo præſenti, meliorum ſpe ſe idem ſolatus eſt. In ſinus Eiriksfiordi rupium parte, qvæ Stockaneſiæ obvertitur, antrum recondito ſitu conſiſtit, ſupra ſubtusqve cautes arduæ, difficulter

culter ſuperabiles. Eò illum devehunt, neceſſariisqve, qva veſtes & alimenta inſtruunt, qvod inde in poſterum Thormodi antrum appellatum eſt. His peractis in forum uterqve redeunt, polliciti ſe eum certiorem facturos de iis, qvæ ibi agerentur. Cognoſcunt autem, recenſu populi acto, eum deſideratum, mox à Bodvare & Falgeire reum factum capitisqve damnatum, id qvod ei poſtea indicant, ſvadentes ut iſtis latebris nunqvam excedat, ſecus evadendi ſpem omnem præciſam, ſi vel minimum adverſariis de eo ſuboluerit, tædiumqve ſolitudinis freqventer inviſendo, neceſſariaqve ſubminiſtrando, ipſos haut gravatim levaturos.

CAP. XXII.
De conflictu Thormodi cum nepotibus Thorgrimi, eorumqve cæde.

Thormodus oblitus mandati, ſereno qvodam die ſupra rupes pene inacceſſas eluctatus, ubi parum proceſſerat,

ferat, obvium habuit virum lacerna depexa, variis fegmentis centonibusqve confuta, qvam pediculorum magna vis triverat, inde etiam cognomen contraxit, Lufa Oddus, fev Oddus pediculofus dictus. Cujus ut nomen accepit, ei roganti Torradum fe dici retulit, geftireqve veftes cum illo permutare: qvi illudi fibi ratus, nec fine ftomacho poftulata abnuit; verum ut abeffe ludibrium cognovit, tam inopinam fortunam admiratus inqve finu gaudens facile confenfit, juffus deinde Stockanefiam eodem die proficifci, Skufoqve & Biarnio referre, vifum fibi eodem loco virum ignotum, nomine Torradum, haut gravatè paruit, tranfitoqve finu iis imperata refert. Interim Thormodus hoc habitu pedes ad Einarsfiordum pervenit, inciditqve in opilionem Thordifis, ab eoqve fit certior folum Bodvarem domi effe, reliqvos pifcatum abiiffe. Is enim fe Oddum alloqvi opinabatur. Ad navalia igitur fe conferens, tota ibi die reditum eorum opperiebatur; qvi tandem litori adremigantes, Oddum confpicati, navem fecuri admovent, primus Thorkell navem exce-

navem excepturus descendit, qvem Thormodus securi, qvam sub veste gerebat, lethali ictu cum stravisset, abjecta lacerna, propero cursu ad antrum contendit, qvem Thordus & Falgeir, qvam velocissime poterant, inseqvebantur, donec supra imminentem antro rupem provectus in cespitem foribus præfixum ingenti saltu se demisit, mox inseqventis Thordi, sed inter desiliendum titubantis, interscalpio securim tam alte impressit, ut immersam vulneri, Falgeire præcipitante, extrahere neqviret, â qvo, accerrime invecto, celeriqve saltu irruente, jam inermis & ipse inter scapulas magno vulnere sauciatur. Igitur, ad præripiendum ei armorum usum, totis viribus se in eum infert. Fit lucta ingens, viriumqve exitiale certamen, qvo inferior Thormodus, qvippe vulnere sangvinisqve profluvio debilitatus, fortunæ Regiæ (uti illis seculis credi tum erat) protectione superior evasit. Nam inter accerrimum conflictum, Falgeiris manu delapsa securis, utrumqve pariter inermi luctæ commisit; tandem ad internecionem conflictantes, ambo si-

 mul

mul præcipites in subjectum mare delapsi, funestum & ibi certamen renovant, seqve invicem undis immergentes, haustis aqvarum gurgitibus langvescunt, donec ligula, qvæ femoralia Falgeiris substrinxit, rupta impeditiorem eum reddidit, ea namqve Thormodus magno nisu explicans pedibus ejus obvolvit. Exinde nandi usu destitutus Falgeir, natibus humerisqve in superficie maris fluitans, aqvis identidem absorbendis, ad ultimum ridentis specie suffocatus est. Thormodus ad ultimam defatigationem redactus proximo scopulo adnavit, ægreqve affluentis maris æstibus obluctatus, reptabundus ad superiora pervenit, speqve salutis abjecta mortem exspectabat. Eodem vespere Skufus & Biarnius, Oddi nuncio, agnitaqve Thormodi veste, commoti, sinu transmisso eum inqvirebant, non enim de nihilo ad se missum colligebant, nec alio fine, qvam ut sibi magnum qvid machinanti, vel integro mature, vel afflicto haut intempestive succurrerent, vel etiam mortui curam gererent. Antro advecto, animalculum qvoddam vivum oculis sibi sigiare

gnare videntur, phocane/an aliud qvid, incerti; eò igitur provecti, qvem qværunt, agnoſcunt. Mox cognitis, qvæ geſſerat, in admiratione defixi, non de nihilò in publico gentis foro præſentiſſimo diſcrimini ſubtractum confitentur, cum fata eum tot ſummæ nobilitatis virorum, præcipuiqve athletarum Falgeiris, cædibus deſtinaſſent. Subjectis deinde pannis impoſitum in cimbam inferunt, intimaqve ſinus penetrantes ad domum viri, nomine Gamlii, prope montes glaciales perveniunt. Longo illa à coloniis aliis intervallo remota, hoſpitibus infreqvens, ſine famulis, ſine liberis, ſolius viri & admodum pauperis, uxorisqve nomine Grimæ adminiſtratione ſubſtitit, qvæ tamen medendi peritia & circæarum artium, vetitarum licet, haut ſuperficiaria notitia celebris erat. His Thormodum ſanandum commendant, verum cum ingens periculum à Thordiſe ſibi metuendum, cujus non odia tantum ſorbenda, ſed etiam ſibi eſſent concoqvenda Grima replicaret, ſi forte reſciret, ſe homini, publico gentis judicio exuli & in exilio tot cumula-

mulatarum cædium reo receptum præstitisse, Skufus damni eam immunem se præstiturum, impensasqve liberaliter repensurum cum promisisset, facile se exorari passa, recepit ægrum, vulneraqve obligavit: sed admodum lente curatio illa processit; nam cum integra hyems elapsa esset, vix inter cubile & cænaculum intermeare poterat, integros menses duodecim sanatio illa duravit: Jam qvæ Thordis interim molita sit, exponam.

Cap. XXIII.

De Thordisis persecutione.

Primò cum occisorum fratrum fama percrebuit, omnes rei novitate velut attoniti sunt; ubi vero corpus Falgeiris litori appulsum inventum est, creditum Thormodum unà periisse, eaqve opinio diu tenuit. Proximo vere Thordis, cum forte interdiu qvieti se dedisset, turbulentis insomniis inqvietari visa, qvo minus excitaretur, filius Bodvar obstitit, neqve enim idgenus officii illi acceptum, cum

cum frui qvam prohiberi somniis mallet, multa enim ei, dum curis se relaxaret, per qvietem sæpius obvenire retulit. Qvæ sponte deinde excitata, in vivis esse Thormodum abdiqve domo Gamlii, Grimæqve industria sanari perhibet, jubetqve lembunculum absqve mora navalibus educi, qvo improvisa imparatis & ignaris superveniat, sed impetrandus Thorkelis de Brattahlide consensus, imo & itineris societas & auxilium, cum Gamlium ille, ut cæteros jurisdictioni suæ subjectos curiales, certissime protecturus videatur. Einarsfiordo qvindecim vernis comitata solvens, nocte tunc diurna luce illustri, Brattahlidem pervenit, Thorkelisqve auxilum implorat, eumqve comitem deposcit, qvo certius cognoscat Gamlium nulla à se injuria affici. Ille fidem excedere respondit, hominem sine censu, sine ministeriis, sine cognatis & prope sine lare in tantum armari, ut proscriptum publica auctoritate virum, ubiqve impune, imo nec sine præmio, occidendum, tantæ domus familiæqve apertum inimi-
 cum

cum hostemqve capitalem hospitio exceperit, ne tamen jure de se qveri possit, haut ei studium suum defuturum; adqve prandium invitatos tantisper detinet, donec viginti suorum vicinia excitos comparasset, solerter provisurus, si forte dissensus interveniret, ne viribus inferior, ejus subjiceretur arbitrio. Rectà deinde ad villam Gamlii pergunt. Sed nec horum qvicqvam Grimam latuit, nam & ipsa qvoqve per qvietem eadem nocte oblatis imaginibus, perturbari cœpta, nullo interpellante, tandem evigilans, prædicit Thordisem de Laungunesia, magicis artibus, de Thormodo edoctam, filiumqve ejus Bodvarem cum Thorkele de Brattahlide postridie eò venturos, monet itaqve, ut maritus eo die domi remaneat: ipsa se ad eos accipiendos accingens, cellam, cujus apicibus Thoris effigies insculpta erat, in medio cænaculo collocat, præcipitqve, ut ei Thormodus interritus immotusqve insideat, nec advenis assurgat, morituros mortem non evitare, nec victuris eam metuendam; marito focum instruendum, phocarumqve carnes lebete,

te, ſed ſegniter, elixandas tradit, qvo denſior fumus univerſam domum impleat, ipſa hoſpitum curam ſibi depoſcens, in veſtibulo ad colum ſedens, filaqve ducens, varios ore modos incinuit, cum accedens Thorkell officioſe excipitur. Mox itineris ſcopum exponens mandat, ut Thormodum, qvem adverſus tantam perſeqveqventium vim defendere neqveat, protinus dedat, illa vero mirari ſe ait, qvod illis in mentem venerit, qvod hunc hominem in tugurio ſuo qværant; qvomodo hæc cohæreant? ſe enim fortunæ inopes extreme pauperes, qvi operis diurnis vix ac ne vix qvidem miſeram vitam tolerent, tam projectâ audaciâ, ut hoſtem Thordiſis, procerum judicio damnatum, tectis ſuis recipiant, protegant, ſanent, ſuſtentent. Id vero perinde eſſe, ac ſi catulus leonem allatret, Thorkell credibilem conjecturam confeſſus, tamen ut ab illa hanc opinionem amoveat, ſe omnes domus ejus ſuſpicionumqve latebras peragraturum. Id vero reſpondit Grima longe minore comitatu fieri poſſe, neqve tamen ſe refragari, qvominus

omnia lustret, reculas autem suas Einarsfiordi accolis ostentui fore neqvaqvam se permissuram. Ille se solum solâ Thordise comitatum exploraturum; moxqve ut dixerat ingressus utergve, per explicata totis ædibus fumi volumina procedentes, parum in ea examinanda profecerunt, infesta igitur oculis fuligine repulsi, tactum conscendunt, amotisqve singularum ædium fenestris, fumo viam aperiunt, qvo exhalante è culmine singula inspectant, visa autem cella cum ectypa Thoris imagine, malleoqve, Thormodo nusqvam apparente, Thordis exclamat: Siccine etiamnum in domo tua supersunt veteris gentilismi vestigia, incisus in sedeculæ cacuminibus Thor? Tum Grima, nec id sine ratione, respondit, qvippe longe hinc sacra ædes, difficilis aditus, nobis præsertim, qvi avium rus & infreqvens incolimus. Istius igitur usus defectum piis meditationibus rependo. Dum enim hanc effigiem inspicio, reputo simul qvod eam in potestate habeo, igne cum libet consumendam, qvanto autem potentior ille,

ille, qvi cælum & terram ex nihilo creavit, & ad nutum suum omnia gubernat? Tunc Thordis: Hæc utcunqve se habeant, certe ubi Thormodus sit, nosti, & ni Thorkell jam viribus superior adesset, tormentis veritatem exprimerem. Illa divinentes sæpe hallucinari respondit, Deo vero acceptum referendum, qvod eam ad maleficia ultro ruentem sæpius sufflaminent, condonandum divinanti si erret, non item ei, qvi iis, qvæ oculis perspiciunt, fidem derogant. Atqve his talibus ultro citroqve jactis, cum jam operam lusisset, Thordis cum comitatu domum revecta est, Thormodo ibidem, qvoad sanitati restitutus esset, remanente. Tum vero beneficiis liberaliter repensis, Stockanesiam rediit, tertiamqve ibi hyemem in separata domo sine arbitris exigit.

Cap. XXIV.

De Lioti de Launguncsia cæde cum tribus comitibus

 à

à Thormodo & Steinare occisis.

Interea Skufus & Biarnius, venditis Stockanesiá äliisqve eorum villis armentis qvoqve & pecudibus, proximo vere decreverunt cum tota familia in Norvegiam migrare, atqve in eum finem, navem, qvanta poterant celeritate, appararunt. Interea Thormodus latebra egressus, Eigile solo comitatus Einarsfiordum repetit, qvem, ne sibi esset impedimento, tali commento à se removit. In puppi sedens, se hinc inde magnis motibus agitans navigium in diversa latera impellit; qvod conspicatus Eigill qværit, an intemperiis actus, navem qvoqve fluctibus involvere nitatur? ille irreqvietum sibi animum confessus, navem desubito evertit, urinandoqve ad terram pervenit. Sed nec Eigill natandi imperitus erat; nam undas eluctatus, cimbaqve restaurata, Thormodum periisse ratus Stockanesiam rediit, submersumqve referens, fidem tamen non meruit. Ille ad prædium Hamar, parum

rum Launguneſia diſtans, ubi alia Trollii ſoror, nomine Thoruna, cum filio Lioto habitabat, eodem veſpere pervenit, pulſatisqve foribus intromittitur; Rogatus de nomine Oſvifum ſe appellavit (etiam illud nomen viris proprium, hodièqve apud Islandos in uſu, confidentiſſimum ſignificat.) Mater ibi familias melioris notæ nomine Sigridis, cui filius Sigurdus, matura ætate. Illa ſolere interdum nomina gerentium ingenia exprimere, reſpondit, eumqve ad hoſpitium per noctem invitat: poſtridie vero accedens, qvò, inqvit, Thormode pergis? ille Oſvifi nomine ſe ſuamqve perſonam heri profeſſum reſpondit, & illa nec ſe iſtius oblitam, qvo tamen Thormodus Kolbrunaskald velaretur, ante qvidem ſibi nunqvam viſus, ſed ſimul ac adveniſſet cognitus. Confeſſo Launguneſiam ad ulciſcendum Liotum, qvi famam ſuam calumniis inqvinaverit, ſe profecturum, filium ſuum comitem obtulit. Ille veritus, ſi forte Liotus aliqvo vulnere violaretur, ne intutum ei domicilium deinceps in Gronlandia foret, conditio-

ditionem recusavit. Illa verò se, pluresqve alios toties ejus matrisqve injuriis oppressam irritatamqve qvesta est, ut parum referat, si vel maxime vindictã pensaret exilio. His dictis uterqve Laugunesiam petunt, pulsatisqve foribus Liotum evocant; qvi cognito vicinum adesse; aliumqve nigro crispoq; capillo, Thormodum conjectans, hastatus foras fœminis comitatus procedit, eoqve agnito, hastam in pectus destinatam sed securis objectu retortam in pedem infra genu magno ictu impegit, graveq; vulnus infligit; sed dum se ad ictum inclinat à Sigurdo inter scapulas graviter sauciatur. Mox validiore Thormodi incussu, femore suraqve discuneatis concidens à mulierculis excipitur, clausoqve ostio, ultimo periculo eripitur. Inde Thormodus Sigurdum ad matrem gestorum nuncium remittit: qvibus cognitis, eum in Stockanesiam ire jubet, paciscique cum Skufo & Biarnio, ut villas suas & immobilia vendant, seqve cum bonis omnibus & tota familia secum eodem vere in Norvegiam transportent. His mandatis instructus, ad Thormodum, qvi eum interim expectabat

ctabat, rediit, simulqve Stockanesiam perveniunt, & qvæ gesserunt, exponunt, & qvæ Sigridis postulabat, facile impetrant; distractis enim qvæ auferri neqvibant, reliqvam ejus suppellectilem navi inferunt. Sed nec sic insidiis finem Thormodus imponere contentus; nam vespere qvodam transmisso sinu ad Laungunesiam se confert, circaqve navalia tota nocte in insidiis latet, Bodvaris, qvem illo die piscatum ivisse existimabat, reditum expectans, verum per mercenarios inter se colloqventes, dum piscatum irent, fit certior, eum Laungunesiam ad curanda Lioti vulnera profectum. Mansit itaqve in latebris donec redirent, & tum forte observatus dispensatori (cui nomen Kar) domum acceleranti, qvem jactu securis sura mutilabat, sed scapha eorum potitus, sinumqve trajecturus, dum Vikam Grimi, ubi Gestus diversabatur, domum petit, à Thordise, per qvietem jam iterum de illo certiore factâ, & filio ejus Bodvare, cimba qvinqve remigibus instructâ, perseqventibus, prope oppressus tali commento evasit. Tranqvillo provectos, nox den-

densaqve caligo, cum mutuo prospectu prohibuisset, sed appropinqvantes remorum strepitus prodidisset, eversa cimba, ad proximam insulam, sed à continente remotam, exiguam qvidem illam, humilem & hybernis fluctibus perviam, algosam musciqve marini cumulis oppletam natando pervenit, acervisq; se profunde infodit. Cum autem persecutores in eversam cimbam inciderunt, periisse rati redeundum monuerunt, matrona stropham agnoscens, insulam lustrat, hastisqve acuminatis muscosa rimatur, non sine latentis vulneribus, qvæ contenta voce fortiter dissimulavit. Iis deinde dilapsis, interjectos sparsim scopulos natatu assecutus, ubiqve reqviescens proxime tantem ad continentem provectus est. Addunt fabulam, ad diviniorem genium Sancto Olafo, etiam cum in vivis esset, conciliandum. Nam cum infossus marino fuco, sub nota probri ni responderet, à Thordise provocaretur, cum vocem edere vellet, obtortis faucibus inhibitus dicitur, cum illius opem invocaret; eademqve nocte Grimo de Vika, ubi Gestus triennium extraxit, tradunt

tradunt obveniſſe in ſomno imaginem illius, indicaſſeqve poëtam ſuum opis indigum in ſcopulo qvodam non procul à continente jacentem periclitari, utqve illi protinus ſubveniret injunxiſſe. Ad viſionis autem confirmationem aperuiſſe hoſpitem ejus, qvi ſe Geſtum appellaverit, virum eſſe Islandum, patriâ ad ulciſcendum qvoqve Thorgeirem profectum, Steinarem appellari, cognomento Helgu-Steinarem, partem tamen minimam ultionis ei, qvantumvis ſtrenuo, fatis deſtinatam. Mox Grimum qvæ ſomniavit Geſto expoſuiſſe, qvo, ea, qvæ ad ſe pertineret, vera confitente, ambos ſimul ad inqvirendum Thormodum profectos, repertumqve domum tranſtuliſſe, ſanaſſe, ſanatum ad Skufum deduxiſſe. Qvo verò die is vela daturus erat, iterum Thormodum & Steinarem inſcio navarcho, ad Liotum denuò digreſſos, eum cum tribus comitibus piſcationi intentos derepente adortos, omnes occidiſſe. Atqve hoc ultimo geſtorum velut monumento Gronlandis relicto ad navem rediiſſe, portuqve ſolviſſe, inqve Norvegiam transfretaſſe.

Stei-

Steinarem vero Brattahlide ad Thorkelem remansisse, Sigridemqve & filium ejus Sigurdum, comparatis in Norvegia villis ibi deinde vixisse, Biarnium Romam ad Apostolorum Petri & Pauli limina profectum, in eodem itinere decessisse; Skufum autem cum Thormodo apud Sanctum Olafum qvoad vixerunt remansisse. Et Thormodi qvidem gesta, & invicta in Regem fides, singularis amor & gloriosa mors, in vita Regis descripta sunt. Hæc autem cum illi sine prolixiore digressu inseri neqveant, Arngrimum imitatus, qvod in Gronlandia gesta sint, ejus descriptioni adjeci. Verum fateor me plura transcribere, qvàm credere, ultum fuisse Thorgeirem, hos etiam ab eo occisos non dubito, nam id carmine superstite ipsemet S. Olafo qværenti professus est. Verum an eodem ordine modoqve ut hic discribitur, valde ambigo, cum tamen acceperim, subducere nolui Totam Thorgeiris vitam, partem qvoqve Thormodi, ad calcem historiæ Sancti Olafi contexui.

CAP.

Cap. XXV.

Continens ſuccinctam Arngrimi expoſitionem de Kroka-Refo, totiusqve narrationis refutationem, ut & de Thrando qvòdam Norvego in Grönlandiam à Magno Bono ad evitandam Haraldi Strenui perſecutionem miſſo.

Libet hic (inqvit Arngrimus) alium „ actum (de Thormodo prius egerat) res Gronlandicas nonnihil „ concernentem annectere, qvamvis hæc „ vix digna, qvæ legantur, qvæ nos tamen qvorundam Scriptorum, etiam „ magni nominis exemplo in argumentis ſeu materiis, non multo nobilioribus „ occupatorum, facile ſi qvis urgeat, excuſabimus. In Islandia occidentali vil- „

N la

„ la Kvennabrecku natus eſt, qvem Islandi Ref, ego Rufum non ex nominis ſignificatione ſed literarum & ſoni conſinitate appello, non procul ab anno Chriſti MXV. patre Stenone & matre Thorgerda. Hic in pueritia etiam adoleſcens ſegni otio torpere viſus eſt, ſed in hoc torpore incredibile ingenii ad omnes res gerendas acumen delituit, ac animus pariter generoſus, ac conſtanti ſeveritate & prudentia præditus, in ſecundis minime luxurians, in adverſis infractus, ergo adoleſcentiam jam ingreſſus apud avunculum degens, navim onerariam, nullo monſtrante magiſtro, affabrè fecit, qva navi in Gronlandiam vectus apud Bernonem qvendam habitantem in pago Hlid (fortaſſe Brattahlid) divertit, ejusdemqve filia Helga in uxorem ducta, decedente paulo poſt ſocero in omnium relictorum bonorum jus & poſſeſſionem ſuccedit.

„ His nati filii,

„ Steno Biorno Thormodus

„ Jamqve totum novennium in prædicto Gron-

Gronlandiæ pago qvietè vixerat, cum ”
à vicinis contumeliosissima injuria ad ”
cruenta ausa lacesseretur. Injuria hæc ”
fuit. Pagum vicinum Vic incoluit qvi- ”
dam Thorgesillus, cognomento Vikr- ”
scalli (calvaster Vikensis) is filios qva- ”
tuor habuit, homines fastu & malevolen- ”
tia notos, cujusmodi ipse pater Thor- ”
gesillus. Rufus enim rebus gerendis in- ”
tentus, eò etiam anno (qvem in Gron- ”
landia nonum egit) navim vectoriam ”
in fabrica habebat, in vicino litore, un- ”
de sæpe bene sero vespere redire do- ”
mum solitus est. Semel igitur cum ,
medio esset itinere, vidit ursum tremen- ”
dum obviam sibi procedere, qvare cum ”
inermis esset ad officinam suam secu- ”
rim petiturus arboream pedem retrò ”
convertit. Interea Thorgesilli filii pi- ”
scatu redeuntes, conspectum ursum o- ”
mnes adoriuntur & trucidant. Simul ”
Rufi vestigia retro conversa in nive re- ”
centi animadvertentes, unde illum ”
tanqvam effœminatum & timidiculum ”
apud omnes diffamabant, qvod urso ”
congredi non fuisset ausus. Istud pro- ”

„ brum Rufo tacite ſufferente, illi cum
„ patre inſultare & maledicere pergunt,
„ dicentes Gronlandiæ in æternam igno-
„ miniam ceſſurum, qvod eum recepiſ-
„ ſet incolam, qvi ob enormia flagitia &
„ dedecus Islandia exulaſſet, qvod tale fu-
„ iſſe inhumaniſſime & plusqvam hoſtili-
„ ter commenti ſunt, Rufum nempe qvo-
„ libet die nono recurrente in fœminam
„ transmutari ſolitum, ac viri congreſ-
„ ſum expetere. Hoc inauditum pro-
„ brum Rufus prudenti diſſimulatione
„ ſusqve deqve tulit, qvoad bonis immo-
„ bilibus & armentis, mercibus & argen-
„ to divenditis, de prompta fuga com-
„ modum ſibi proſpexiſſet, monitusqve
„ interea ab amico qvodam, qvi cuncta-
„ tionis conſilium non intellexit, ut con-
„ tumeliam aliqva celebri contumelia re-
„ poneret ; reſpondit , non tam ſibi de
„ vindicta cogitandum, qvam rebus ſuis
„ in futurum proſpiciendum, Cum enim
„ Thorgeſillus generum haberet qven-
„ dam Gunnerum, terræ præfectum ſev
„ prætorem, ſatis intellexit Rufus ſibi non
„ juridico proceſſu expoſtulandum de in-
juria

juria cum reis, ſed armis. Omnibus igitur ad properatum diſceſſum circumſpectè comparatis, ſolus Rufus Thorgeſilli ædes accedit, lancea ferro lato & acuminato prædita inſtructus, filiis Thorgeſilli qvatuor piſcatu operantibus ingreditur, hoſpitem lixanda ferina occupatum ſalutat, & ut pro injurioſis maledictis beneficium reddat expoſcit, qvod cum Thorgeſillus non modo renueret, ſed eadem inſuper maledicta in os cumularet, à Rufi lancea mox perfoditur. Unde Rufus ad mare digreſſus, & cum filiis qvatuor Thorgeſilli piſcatu redeuntibus injuriæ ſimiliter maximæ reis congreſſus, omnes ſolus jugulat. Ergo jam metu præfecti, cui incolæ omnes adhærebant, cum familia bene numeroſa navim conſcendit, in deſertos Gronlandiæ ſinus contendens, ubi totum qvadriennium æqve commode ut antea inter ipſos Gronlandos degebat, ſylvis nempe præſtantiſſimis, ædificiorum materiam, feris autem & piſcibus, tam in mari, qvam aliis piſcinis ad victum neceſſaria ubertim ſuppeditan-

„ tantibus; Gunnero interea illo Gronlan-
„ diæ præfecto frustra sese cum suis qværendo torqventibus & tandem periisse
„ Rufum pro certo habentibus. Elapso
„ qvadriennio Barderus qvidam Regius è
„ Norvegia mercator, astuti ingenii homo in Gronlandiam appulit, Gunnerumqve illum terræ primarium invisit, deqve Rufi facinoribus inaudiens,
„ nescio qva animi sagacitate persvasus
„ non periisse Rufum, sed in abditis Gronlandiæ finibus latere, & ut gloriolam
„ aliqvam hoc pacto venaretur, Gunnero novæ inqvisitionis auctor extitit, cujus & ipse Barderus cum Gunnero antesignanus perveniunt, investigando in
„ sinum qvendam, variis terrarum flexibus intricatissimum, ut in deserto litore
„ schidia qvædam sev ramentorum lignorum cineres deprehendunt, qvibus materiariorum officinæ abundare solent,
„ qvæ cum Barderus accuratius inspiceret, ea continuo superstitis Rufi indicia
„ habuit, ex iisdem de ipsa arte fabrili, qva
„ præ cæteris Rufus pollebat, judicium
„ faciens, nec procul inde digressi vident
taber-

tabernam qvandam ligneam, figurâ „
qvadratâ, & tanta arte compactam ſev „
coaſſatam, ut tota ſolidi inſtar ligni ap- „
pareret. Hæc Rufi domus proprio „
Marte & arte extructa, qvam hoſtes „
mox congeſtis ex vicina ſilva cremiis „
ac ſtolonibus, cum arborum caudicibus „
jam arefactis, horribili incendio adori- „
untur. Cæterum homo ſubtiliſſimi in- „
genii canales ligneos, antea nunqvam „
certe viſos, & neſcio an auditos excogi- „
tarat, per qvos in terræ viſcera profundè „
defoſſos, aqvam copioſam è propinqva „
valle in ſuam machinam & molem ligne „
am derivarat, unde jam ex multis velu- „
ti epiſthomiis affatim profuſa, ſubjectas „
ab hoſtibus flammas facile reſtinxit; „
atqve igitur cum nec igne nec armis, „
qvæ Rufus ex loco altiore facile propul- „
ſabat, qvicqvam proficerent, hoſtibus „
re infecta diſcedere viſum, Bardero ad „
ultimum vale minitante ſe ſecundo ad- „
ventu fore Rufi conſiliis ſuperiorem, „
qvoad ille nunqvam propriis viribus in- „
genii aſſecuturũ reſpondit, nec omnino, „
niſi ab alio rerum magis experto in- „

„ ſtrueretur, ipſum Haraldum Crudelem „ Norvegiæ Regem innuens. Hinc Bar- „ derus Norvegiam reviſurus, Gunnero „ perſvaſit, ut Regem Norvegiæ ſibi ali- „ qvo officio devinceret, cujus ſapientia „ & conſilio Rufi illud propugnaculum „ demoliendum eſſet. Gunnerus igitur „ Norvego hæc tria officii gratia mittebat „ 1. Urſum cicurem colore niveo. 2. Sca- „ chiam ſev latrunculos ad ludum Sca- „ chiæ pertinentes, ex balænarum denti- „ bus arte formatos. 3. Integrum caput „ vituli ſev canis marini (ex majorum „ genere, qvem ſupra deſcriptum Roſtun- „ gerum appellavimus) ſculptoria arte „ mirifice ornatum, cui adhuc dentes in- „ fixi erant. Rex dona lætus accepit. „ interim tamen ſuo Bardero auctor eſſe „ voluit, ne qvicqvam ulterius contra „ iſtum Rufum tentaret, cujus ingenium „ ſolers ac ſapiens ex dictis ſatis Rex per- „ ſpexerat, in eo enim ſi pergeret Barde- „ rus cum ſummo ipſius periculo conjun- „ ctum fore ait. Nihil iſtud curans Bar- „ derus Regem de conſilio rei felicius „ contra Rufum gerendæ inſtanter ſollici- tat,

tat, tum ſuo tum Gunneri nomine, qvi munera tam Regi digna miſiſſet, victus hominis oportunitate, tandem Haraldus de canalibus Bardero ſuggeſſit, qvorum ille prorſus ignarus fuerat, Haraldus vero in exteris eorundem uſum didicerat; monet igitur foſſam profundam circum illam Rufi machinam ſev tabernam ligneam faciant; ea enim ratione canales deprehendi & diripi oportere, ipſamqve tabernam per conſeqvens facile dirui. Ergo jam Barderus conſilii plenus Gronlandiam repetit, aſcitoqve Gunnero & lecta ſociorum manu Rufum invadere & aggredi parat, veniens igitur prout fuerat à Norvego edoctus canales effregit, aqvæ ductus intercepit, admotisqve ut prius rapidiſſimis flammis, Rufum cum familia, moli iſta lignea incluſum peſſundare ſategit. Cæterum ea res Rufo haut præter opinionem accidit, qvocirca ille intra ſui iſtius propugnaculi latera ſcapham mediocrem fabricatus fuerat, eamqve ſubjectis machinis arduo poſitu ita collocavit, ut eo molis (in extrema

„ maris margine positæ) latere qvod undas spectabat primum consilium auctoris, cum incendium interitum minaretur, scapha ruente, qvam hospes cum pauco sodalitio ascenderat, reliqva familia cum majore navigio in badditiores sinus præmissa, in subjectos fluctus sponte desileret, qvatuor ex hostibus molis ruina oppressis, & Rufus per scapham hoc modo servatus est. Nec mora eum Barderus è vestigio remis velisqve inseqvitur, qvod ut Rufus animadvertit, suam nempe fugiendo operam ludi (qvod hostes non paucos sese prævideret, indefesso itinere assecuturos.) cursum scaphæ sistit, nihilominus tamen remorum motu contrario se pergere simulabat, qvæ res hostibus imposuit, etenim suæ navis cursum, qvam summa animo corporisqve intentione & vehementia impellendo agebant, sistere tamen subito non poterant, qvocirca illorum opinione citius navium cursu facto, Rufus Barderum in puppi considentem hasta velitari

trans-

transfodit, filius autem Steno hosti- „
um rudentes acinace diſſecuit, malum „
cum velo è navi in fluctus corruit, pa- „
rumqve affuit, qvin ipſa ſimul navis „
everſa periiſſet. Injicit hic caſus ma- „
gnam hoſtibus remoram, & Rufus fu- „
giendi occaſionem ſat commodam na- „
ctus eſt, qvare ſic elapſus ſuis cum ma- „
jore navigio è prædictis ſinuum latebris „
in Norvegiam appulit, ſubſtititqve Ni- „
daroſiæ, ubi dum Haraldum Crudelem „
N. Regem reſidere cognovit, medita- „
batur autem ſedulo aliqvam rationem „
Rufus, qva Norvegico tyranno ægre- „
faceret, ob data conſilia prædatoria ho- „
ſtibus, id qvod ex parte ſucceſſit. Ut „
enim Nidaroſiæ commoratus accidit, „
ut qvidam ex Regiis Granerus nomine, „
Rufi conjugem ad concubitum ſollici- „
taret, qvi ab interveniente Rufo, cum „
illa caſto animi & corporis robore re- „
pugnaret adultero, fugiens occiſus eſt. „
Fuit is Regi intimus ideoqve & hujus- „
modi Regia potentia fretus in multos „
impune audebat, homo inprimis flagi- „
tio

„ tiosus, fastu maximo, & alienarum vir-
„ tutum contemptu turgidus. Porro Ru-
„ fus, postqvam Norvegiam attigit, faci-
„ em, assumpta larvâ senili, & habitum
„ cum nomine mutarat, Narferum se ap-
„ pellans, ne videlicet ex nomine aut fa-
„ cie à reversis Barderi sociis agnosce-
„ tur. Erat autem lex Norvegorum &
„ hodie Islandorum, si qvis homicidium
„ committeret, ut intra duodecim hora-
„ rum spatium, coram testibus scelus fate-
„ retur, ita enim confessa cæde scelus erat
„ piandum, non confessa, aut non secun-
„ dum legem confessa, inexpiandum. Ne
„ igitur Narferus (ɔ: Rufus) sceleris in-
„ expiandi reus foret, eodem die Regem
„ adit, conventum freqventem celebran-
„ tem, Regemqve compellans homicidi-
„ um fatetur clarâ voce, sed iis ambagibus
„ ea verborum perplexitate & involucris,
„ ut lingva vernacula loqventem, nullus
„ omnium, qvi aderant, intelligeret, nec
„ ipse Haraldus (omnibus ut dignitate ita
„ ingenio & sapientia superior) tam subi-
„ to, qvin interea daretur Rufo commo-
dum

dum abeundi ſpatium, dum Rex ænig- „
maticum illius colloqvium penitus me- „
ditaretur, qva etiam occaſione usqve „
ad navim, qvam in promptu habuerat „
ſe conferens in altum ſolvebat, Rufus „
igitur Norvegi manibus ad Svenonem „
Ulfonis filium Daniæ Regem ſe contulit, „
eiqve merces Gronlandicas raras & pre- „
tioſas, qvibus Danus jam diu, ob diu- „
turnas cum Norvego inimicitias caru- „
erat, attulit, & inter falcones 50, qvo- „
rum 15. colore erant niveo, ad hæc „
urſos Gronlandicos qvinqve, ejusdem „
coloris nivei, præterea dentes balæna- „
rum & ferarum exuvias magni pretii, „
in his etiam pelles canis marini, cujus „
ſupra fit mentio Roſtungeri nimirum, „
unde eo ſeculo funes anchorarii & navi- „
um rudentes fiebant, poſtqvam igitur „
Danum hoc pacto ſibi conciliaſſet, duo- „
decim fundorum uſum fructum, qvo- „
ad viveret, in Jutia ſitorum in Vendel- „
ſyſſel remuneratione accepit, filius „
duobus Stenone & Biornone in aulam, „
adſcriptis. Porro Haraldus Norvegiæ „
Rex fraude tandem intellecta, cogno- „
men

„ men abſenti indidit Kroka Refr, vel Kro-
„ ka Ref, krokr enim metaphorice ſophis-
„ ma, dolum, fallaciam illis denotabat; ad
„ hæc ob amiſſos Rufi gladio familiares
„ duos Barderum nempe & Granerum,
„ non leviter indolens. Eiricum qvendam
„ Graneri fratrem ſuperſtitē navi bellica
„ & ſexaginta militibus inſtruit, eiqve in-
„ jungit ut Rufum, ſi non poſſet vi aperta,
„ ex inſidiis opprimat, qvæ res ita ſucces-
„ ſit, ut Eiricus amiſſis qvinqvaginta ſuorū
„ in Norvegiā à Rufo dimitteretur, & Ru-
„ fus deinde Romipeta factus deceſſit in
„ itinere in qvodam Franciæ monaſterio
„ honorificè ſepultus, filiis duobus in ma-
„ gna æſtimatione apud Danum viventi-
„ bus, nobilibusq; porro auctis conjugiis,
„ qvorum etiam poſteri in præcipua Da-
„ niæ nobilitate locum obtinent. Filius
„ tertius natu minimus, Islandiam vidit,
„ ibidemqve etiam haut ignobilis fami-
„ liæ parens extitit. Sed hæc juſto pro-
„ lixiora ſuperius dicta ratione excuſan-
„ da.

Qvamvis hanc narrationem in Serie Regum Daniæ libro primo cap. III. ex

partè examinaverimus, larvamqve ei utcunqve detraxerimus, tamen cum Arngrimus annum nativitatis ejus à noſtris rationibus longe diverſum ſtatuerit, etiam nobis monſtrandum eſt, illum in eo qvoqve hallucinatum eſſe; qvod ſi Haconis Adalſteini alumni & Haraldi Imperioſi tempora ſpectamus, inter exitum illius & initium imperii hujus anni XCVI. intercedunt (nos enim veterem calculum ibi ſecuti exceſſum Haconis in annum CMLXI. retulimus, interſtitiumqve annis LXXXV. (ſic enim ſcripſimus licet chalcographus LXXXI. repoſuerit) dimenſi ſumus, jam errore adnimadverſo finem vitæ ejus anno CML. applicamus) qvid autem collatio habitationis patris Ruſi cum imperio Haconis huc facit? ni monſtrandum ſit, illo regnante Refum qvoqve natum fuiſſe, utpote de qvo narratio inſtituenda erit, aut tanqvam rarum qvid & naturæ infreqvens & proinde notatu dignum, qvod vir, qvi ætate integra ſub Hacone floruit, affectus ſenio potuerit progenerare iſtum filium, & tunc oportuit addi, qvoto ætatis anno eum procreaverit, vel deni-

deniqve qvod illo tempore primum in Islandiam migraverit, prædiumqve Kvennabreckam occupaverit; cum autem nihil horum hic locum habeat, potius concludendum ſtatuo, auctorem monuiſſe Hacone Rege imperante, Refum natum eſſe. Jam patris ætatem inſpiciam. Admodum ſenex fuiſſe perhibetur; id an ad Haconis ætatem referendum ſit, an hujus extrema non divino, id controverſia caret, ætate Haconis ad viriles annos provectum cum paterfamilias, maritusqve, ſi non etiam pater, factus ſit, nec hoc forte extremis Haconis annis, illud tamen ita fuiſſe largiar, fuerit annorum viginti, natus erit itaqve anno CMXXX. anno ergo ætatis LXXXV. Refum genuiſſe oportet, ſi is anno MXV. natus erit, jam vero Refus vivo patre adolevit, nam tertio anno poſt qvam ille exceſſit, injurias matris ultus, vicinum occidit, virilesqve operas præſtitit. Sedecim ad minimum annorum tunc fuiſſe ſtatuam, aſſecutus itaqve eſt annum gratiæ MXXXI. Tunc vero apud avunculum ſuum Geſtum Oddleifi filium Sapientem dictum perfugium habu-

buisse traditur, ibiqve anno posteriore navem vectoriam ex alterius fragmentis, in abdito loco solus, nemine conscio, sine ullius ministerio ædificasse, qva is postea in Gronlandiam vectus fuerit, cum tamen tale navium genus nunqvam antea viderit, tantum ad simulachrum exiguum, qvod ipsi donatum erat. Qvod si hunc annum cum ætate Gesti conferimus, patet eum tunc dudum mortuum esse, id qvod ex historia, qvæ Laxdæla inscribitur, facile demonstratur, qvæ qvamvis diversas hypotheses sibi invicem repugnantes proponat, utraqve tamen monstret Gestum ante hunc annum vivis excessisse, desumptæ autem sunt ex Gudrunæ Osvifi filiæ, qvæ Regis Haraldi Imperiosi Stallarii Ulfi avia erat, ultimis nuptiis cum Thorkele Eyulfi filio Arii Polyhistoris proavo, nam annos qvi eas præcessit Gestus naturæ debitum solvit. Decessit autem Thorkell Eyolfius quatuor annis ante excessum Sancti Olafi, id est anno MXXVI. reliqvit autem ex eadem uxore Gudruna filium Gellerem Arii Polyhistoris avum tunc annos natum XIII. Anno ergo

MXII. aut etiam prius nuptias cum ea celebrasse necessario concluditur; Denatus itaqve erit Gestus anno MXI. aut etiam prius. Prius ergo Gestus Refi avunculus mortalitatem explevit, qvam Refus in lucem editus est; qvod si alteram hypothesim excutiamus, parum qvoqve illa Refo favet, supponit autem priorem Gudrunæ maritum Bollium anno MVI. cæsum fuisse; nupserit ergo anno MXVIII. Ergo Gestus qvi anno, qvi præcessit, mortuus est, bimulo Refo decessit; prior tamen hypothesis vero proprior est; neqve enim Gudruna tot annos in illa viduitate transegisse videtur. Arngrimi calculatio à tempore qvo Haraldus Imperosus vixerat desumpta est. Is ad imperium Norvegiæ sublatus est anno MXLVI. gessitqve usqve ad annum MLXVI, qvo intervallo Refus, jam trium filiorum pater, ætate viribusqve vegetus ad eum pervenit. Annum itaqve ætatis ejus trigesimum primum cum initio imperii composuit, eo qvòd, qvæ Refo tribuuntur, illam potissimum ætatem reqvirunt. In Gronlandia annos tredecim vixisse dicitur, fuerat ergo sep-

ptemdecim annorum, cum navem extruxit. Sed hæc conjectura tantum eſt, & refellitur ex anno mortis Geſti, qvem Arngrimus non obſervavit, qvæ certe nec immatura erat; nam ex Gislii Surſonii hiſtoria conſtat, eum ad minimum triennio anteqvam natus erat Snorrius Curio Helgafellenſis, ejusqve pater occiſus, virilem togam aſſumpſiſſe, id eſt circa annum Chriſti CMLX, ita ut prope ſeptuagenarius mortuus ſit. Jam annum ætatis Refi decimum ſeptimum, qvo ad Ceſtum profugit, conferimus, cum penultimo vitæ ejus anno (licet cum prioribus etiam conferri poſſit) is eſt æræ Chriſtianæ MX, natus erit anno CMXCIII, & proinde annorum LIII, cum Haraldus ſtrenuus ad ſceptra pervenit, annisqve proximis ad ſexageſimum proceſſit, qva certe ætate larva ad ſenium ſimulandum neqvaqvam opus erat; & qvorſum illa, cum nemo illum ex facie cognoſceret? Qvomodo in Thrandia Rege qvoqve præſente qvinqve urſos niveos, & qvinqvaginta falcones occuluit, inqve Daniam devexit? An & Rex, qvi ſingulas illius ambages memoria

tenuit, adeo dormivit, ut nihil ab eo qværeret, cum tamen cædis confessio facile elici possit. Satis ex his & iis, qvæ in Serie Regum Daniæ legi possunt, constat, hanc Refi vitam ad genuinas historias referri non posse. Lusisse hæc videtur vir qvidam ingeniosus, & forte prædii Kvennabreckæ presbyter, ad celebrandam villam illam ecclesiasticam, levandumqve hybernarum vesperarum tædiosas vigilias, muliercularum laneficii labores; personasqve has mercenariis servis suis aut idgenus aliis imposuisse. Qvicqvid sit, certe nec hoc nihil ad fidem his derogandam facit, qvod inter liberos Oddleifi, qvos liber originum Islandiæ Landnama dictus Part: II. cap. XXV. pag. 67. recenset. Refi mater non extat, nec patris ejus nomen, nec ulla horum memoria uspiam occurrat.

Subnectam hic aliam ejusdem furfuris relationem de Thrando qvodam Norvego à Magno Bono in Grolandiam ad evitandam Haraldi Regis persecutionem misso. Is in Uplandis habitans vir potens ex Kalfi Arnini familia Regem Magnum in publico foro,

foro, omnibus ſine ullo familiarum officiorum offenſarumqve reſpectu aut diſcrimine affabilem & obvium propius accedens his verbis affatus eſt. Haut inficior Clementiſſime Rex familiares meos in patrem tuum Regem Sanctiſſimum, teqve graviter deliqviſſe, extra tamen culpam ego, qvippe tunc extra patriam; ſed præterita magis reprehendi poſſunt qvam corrigi, clementiam tuam, qvi cunctis ignoviſti, grati agnoſcimus exoſculamurqve, qvæ nobis tantam in benignitate tua fiduciam ingenerat, ut noſtra in te animi propenſione te qvoqve metiamur. Omnia noſtra tibi patent, qvantum accipere dignaberis, in tua eſt poteſtate. Temeritatem alius, alius arrogantiam interpretabitur, qvod peto, fiduciam ego, qva indulgentia tua fretus, in teſtimonium moderationis tuæ ſimul ac clementiæ, tantum ut extremam veſtem mecum permutes. Annuit Rex, holoſericamqve accepit, ſua longe præſtantiorem; mutata & arma rogatu Thrandi, nec eorum minus diſcrimen. Mox Regem ad convivium invitat, & qvam curatiſſimè excepit.

Interjecto tempore cum se præteritum Haraldus cognovit, contumeliam interpretatus, magnam in Thrandum iram concepit. Svenum igitur Girskjum (sev Russum) virum ferocem, qvem secum ab exteris advexit, jamqve præfectura qvadam ornavit, virum ad mandata qvæqve exeqvenda habilem promptumqve cum duodecim comitibus, nigra veste monachali habitu ad Thrandum mittit; qvi mane qvodam ad villam ejus delati, discretas per agros hominum stationes deprehendunt, sciscitatiqve, dominê dominus esset, idem ab omnibus responsum, domo nimirum abesse, accipiunt, donec uni eorum flagellis cæso veritatis confessionem exprimunt. Sigurdus erat Thrandi alumnus, qvi ut vernas flagellari cognovit, protinus Thrando significat, habitu monachali peregrinos qvosdam vernas in agro flagris cædere. Thrandus videri eos sancta loca petituros respondit. Exploratoribus an percussoribus propiores contendenti, experimentum se facturum affirmat, ingressurum separatam domum, hospitibus excipiendis

dis adhibitam, eo protinus acceſſuros, & ſi ſint Monachi pecuniam petituros, ſe vero invitaturum, ut ingrediantur, maneantqve per horas aliqvot, ſin autem percuſſores, effractis clauſtris intraturos; eſſe ſubtus triclinium hipogeum, cujus fores aliæ pavimento tegantur, aliæ alio ducant, ibi ſe permanſurum dum ingrediuntur, credere autem impetu ſimul ſe omnes infuſuros. Jubet itaqve pone januam latitari, exinde ut ocius ſe per fores efferens januam protinus claudat, obdito repagulo ſe armatum armato comitatu protinus adfuturum, redacturumqve in poteſtatem hoſpites contumaces. His ita diſpoſitis Monachi domunculam accedunt, pecuniam poſtulant, tardius aperientibus effracturos ſe minantur, Thrandus feroces Monachos iſtos videri ait, jubetqve aperiri, qvod ſatius eſſet, qvam ut fores effringerent; interim Thrandus cryptam ſubit. Subito irrumpentes Svenus clauſa janua repaguli objectu, omnes velut in naſſa tenet. Adeſt Thrandus, ſingulosqve comprehendit, flagris, ex-

emplo ab ipsis accepto, singuli comites cæsi, domumqve remissi, Svenus detentus beneqve habitus; verum, qvod non liber, injuriam interpretatus. His cognitis Haraldus cumulata offensa commotior. Magnus, evitato dolo, ludibrioqve ad vindictam adhibito lætior ad eum cum comitatu profectus, qvid consilii, si Haraldus adesset, caperet exploraturus, ad proximam villæ silvam cum omni stipatorum grege substitit. Ut vero relatum Thrando, imminere villæ Haraldum cum magno satellitio, excitis sine mora viciniæ viribus subito tanta auxilia congessit, qvæ Haraldo tuto opponi posse videbantur. Postqvam paratum ad resistendum Magnus accepit, indicio facto, domum, Thrando cum comitatu, abjectis armis, obviam procedente, invitatur, proqve re nata lautè excipitur, Thrandoqve certiore facto, qvantum ab Haraldo periculum instet, in aulam eum suam recipit, custodesqve ad securitatem ejus subornat. Verum cum nec sic qvidem securum præstare posse videretur, navem in-

inſtrui curat, ſvadens ut proximo vere in Gronlandiam transfretet, ſe interea conſtituturum, qvi villarum ejus reiqve domeſticæ curam gerant. Vere primo abeuntem ipſe ad litus deduxit, ne Haraldi inſidiis obnoxius foret. Extra litus evectum Haraldus nave adortus fertur: verum Magnus aliâ eò tranſvectus, eum vel deterruit, vel pudore potius indecoræ pugnæ à propoſito avertit. Thrandus in Gronlandiam delatus, aliqvot ibi annos remanſit. Fidem excedit, Haraldum Regem generoſum & potentem inſidias agricolæ ſtruere dignatum. Magnum qvoqve à vi ejus & dolis aliter vindicare neqviviſſe, qvam relegatione in Gronlandiam, tanqvam orbis penes Haraldum imperium eſſet.

CAP. XXVI.
De inſtitutione Epiſcopatus in Gronlandia.

Qvamvis Adamus Bremenſis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. III. cap. XXVI. tra-

tradat inter alios aqvilonares populos Gronlaudos qvoqve legatos ad Archiepiscopum Bremensem Adalbertum misisse, de prædicatoribus ad se dirigendis, idemqve obtinuisse, nobis tamen de iis nihil constat. Itaqve qvæ annales nostri habent, nobis proposuimus explicanda. Anno MCXXII, vel qvi proxime seqvitur, incoluit Brattahlidem vir gentis facile princeps Sockius Thoreris filius (Eirico Rufo prognatus videtur.) Hic Christianæ religionis, an gloriæ gentis, forte etiam utriusqve promovendæ studiosus, cum cæteras nationes eisdem sacris addictas, disciplinæ ecclesiasticæ stabiliendæ gratia Sacrorum Antistitem constituisse animadverteret, nec gentem suam tanti decoris exsortem passus, ad publicum conventum omnes evocavit; ibiqve copiose disseruit, qvam esset necessarium, ut, cûm Divino beneficio veri Dei notitiam, ejusqve colendi præcepta, pluresqve informatores cultusqve sacri ministros acceperint, unus moderator iis qvoqve omnibus imponeretur, qvi majore auctoritate & numinis metu gentem coërceret, ad cujus susten-

ſuſtentationem, aliarum gentium exemplo, ſinguli de ſuo ſymbolum liberaliter contribuerent. In id cum omnium conſenſum impetraſſet, placuit legationem in Norvegiam ad Sigurdum Hieroſolymipetam dirigi, pro impetrando idoneo ad tantum officium ſuſtinendum viro. Legationi itaqve præfecit filium ſuum nomine Einarem, impigrum virum, & auctoritate verendum. Is voluntati patris morem gerens, magna balænarum dentium, coriiqve Roſtungini copia, proceribus muneri deſtinata, iter inſtruxit. Horum deinde commendatione, tum etiam cauſſæ pietate Regi inſinuatus, facile aſſenſum ejus, mox etiam auxilium impetravit. Erat inter alios presbyter nomine Arnaldus, moribus & doctrina tanto muneri idoneus. Hunc Rex precibus ſollicitabat, ut in Dei ſuiqve gratiam illud onus in ſe reciperet, pollicitus ſe commendatitias literas ad Archiepiſcopum Lundenſem Aſcherem ſuper ordinatione ejus ſcripturum, eumqve una miſſurum. Is onus humeris ſuis gravius multis deprecatus, præcipue tamen obtendiſſe fertur,

eruditionis modulum tanti faſtigii minimè capacem, gentis à politiorum hominum commercio diſſitæ ferociam, nudis præceptis monitis aut minis vix ægre domabilem, & tandem perpetuum à patria velut exilium, & cum conſangvineis amicisqve divortium, qvæ tamen ſibi minime recuſanda, ſi certus eſſet labores ſuos & ærumnas, in uſum vineæ Dei profectu ras. Cumqve ſuæ in peregrina terra imbecillitatis conſcius, parum aut nihil ſibi polliceri poſſit, Einarem jurejurando obligandum eſſe, ut potentia ſua & auctoritate jura eccleſiaſtica protegat, promoveat, bona mobilia immobiliaqve Deo conſecrata donataqve conſervet, vindicet, aqve iis vim omnem arceat, violatoresqve puniat, totiusqve cathedræ epiſcopatus procurationem in ſe ſuſcipiat. Rex advocato Einare, poſtulata exponit, facileqve impetrat. His peractis Arnaldus ad Archiepiſcopum profectus, productis Regiis literis, benigne excipitur, & initiatur; qvi deinde rediens in Norvegiam magna Regis gratulatione honoratus, eadem cum Einare nave Norvegia ſolvit. Et

Et ille qvoqve honoribus, nefcio qvibus, à Rege, qvem urfo Gronlandico donaverat, ornatus, votiqve compos, omnia ex animi fententia expedivit. Eodem qvoqve portu altera nave fimul egreffus, vir Norvegus, nomine Arnbiornus, in oceano ab illis diftractus ad deferta Gronlandiæ naufragus pervenit, diu qvidem defideratus, fed tandem, cum nautis omnibus mortuis & ipfe mortuus inventus eft, de qvo poftea. Epifcopus autem & Einar fævientibus auftris ad Islandiæ litora compulfi, finum Holtavads os territorii Eyiafiallenfis intrarunt, qvo tempore Sæmundus Frodius fev Polyhiftor prædium Oddium incoluit. Is cognito Epifcopi adventu ad eum profectus ad hofpitium hybernum invitabat. Parum refert, qvod inter proficifcendum, ad villam qvandam divertens vetulæ fe per errorem compellantis inftrumentum, qvo lana carminatur, refecerit, id qvod, ut moderationis exemplum notatum eft. Proxima æftate cum Einare, qvi fub Eyafiallis hyemem transegit, in Gronlandiæ Eiriksfiördum delatus,

tus. Gardis in Einarsfiordo Epifcopalem fedem fundavit, Einarisqve & patris ejus auxiliis & auctoritate plurimum profecit, qvi & illos præ omnibus aliis viciffim honoravit & coluit.

Cap. XXVII.

De naufragis inventis, eorumqve nave, ſedi Epiſcopali delegata, bonorumqve diviſione.

Sigurdus Nialis filius, natione Gronlandus, nauta intrepidus, deferta Gronlandiæ venatu pifcatuqve peragrare folitus, qvatuordecim collegis æftate qvadam, qvæ circa montem Hvitferkum explorans forte in focum qvendam & venatoria inftrumenta incidit; cumqve æftate vergente longius proficifci periculofum videretur, nec tamen operæ pretium feciffent, confuluit focios, domumne verforiam facere, an ulterius tendendo pluribus fe periculis objectare placeret; qvi per-

perſpectam ſibi ejus ſolertiam teſtati, qvamvis animi ad reditum inclinarent, tamen ejus voluntati ſe obſecuturos profitebantur. Is hactenus parta qvidem exigua, qvæ vero reſtent, eorum defectum expletura ſe animo præſagire reſpondit. Erat inter nautas qvidam nomine Steinthor, vir impetu qvam prudentia validior. Is ſomnium præcedentis noctis expoſiturus, narrabat, cum hunc ſinum ingrederentur, qvod viſus fuerit ſibi inter rupes qvasdam conſtitutus, auxilium implorare. Sigurdus haut ſatis favorabilem viſionem conjectans; ad ambiguitatem vocis alluſit; rupes enim patria lingva Biarg in plurali Biorg dicitur, denotat qvoqve auxilium & vitæ ſuſtentationem, qvæ poſteriora intelligens: hæc tu inqvit ne calcaveris, nec eousqve ut vocem continere neqveas. Jam ad interiora ſinus navigantes, navem vectoriam magnam conſpiciunt, in oſtium amnis deductam, aliam qvoqve affabre factam capitatam coloribusqve infectam non procul diſtantem, egreſſiqve in terram tabernam & tentorium offendunt. His viſis

visis ad navem regressi per noctem qviescunt; postridie in trabem incidunt, cui securis, hominisqve cadaver adjacebat, ministrum eum cædendis ad usum foci lignis adhibitum ibidem defecisse collegerunt; accedentibusqve tabernam aliud qvoqve corpus non procul à foribus una cum secure inventum famulitii conjecturam præbuit. Tabernam janua occlusam aperire Sigurdus vetuit, ne forte erumpens simul, qvæ intus se collegerat, immanis funesti fætoris vis ingredientium nares oraqve obstrueret. Culmen recludi placuit, ut per fenestram prius rancida corpora, fætorem virusqve exhalarent; id cum Steinthor ut nimis operosum & superfluum improbaret, in januam irruens, primo Sigurdo repente mutatus observabatur; mox animi impos, magno ejulatu in cursum se concitans, sociis neqvicqvam, qvantumvis contentiosissime inseqventibus, in rimam qvandam rupium inaccessam enixus ibidem exspiravit, atqve ita somnio celeri exitio defunctus est. Deruto deinde tecto sine ulla noxa, qvæ intus erant, lustrantes, præter mortuorum cor-

corpora, multas qvoqve merces inveni-
unt. Placuit itaqve ossa, per æstuantem le-
betibus aqvam carne nudata ad ædem sa-
cram transportari, navem vectoriam;
qvod confracto alveo omnino inutilis es-
set, detractis ferramentis comburi, reli-
qvam domum devehi. Domum deinde re-
dux Sigurdus Episcopum adit, eiqve hæc
omnia exponit, simul & qvod sibi de re-
rum inventarum dispositione justissimum
videatur, nimirum ut terra, qvæ ossa eo-
rum condenda recipiat, nec bonorum ex-
sors sit; navem igitur sedi cathedrali ad-
dicendam, reliqva ex legum Gronlandi-
carum præscripto inter inventores divi-
denda, id qvod Episcopus justum æqvum-
qve censuit. Jamqve omnibus constabat
Arnbiornum, qvi una cum Episcopo Nor-
vegia solvit, eadem nave vectum in deser-
tis Gronlandiæ periisse, tandem partem
reliqviarum illius Gardas delatam in pio-
rum sepulchretis reservari. His in Nor-
vegiam relatis, hæredes minime conten-
ti, jus suum persecuturi in Gronlandiam
transfretarunt, (qvorum præcipuus Arn-
biorni sororis filius Aussur, navem illuc

mercatoriam cum pluribus defunctorum hæredibus direxit,) inqve Eiriksfiordum devenientes, distractis mercibus, per viciniam hospitiis excepti. Ipse Gardis apud Episcopum diversabatur. Cumqve jus suum Episcopo exponeret, negabat ille id honeste postulari, qvod pro defunctorum reqvie animarumqve salute semel templo addictum fuerit, nec se solum istius sententiæ auctorem fuisse, gentis leges secutos omnes in id consensisse, nec extitisse ullum, qvi controversiam moverit, nec ullum digniorem, qvi relicta defunctorum asservet, qvam eos, qvi ultimum officium iis impenderint, eorumq; corpora ut irrevocabile depositum custodirent. Exinde Aussur hospitium resignans ad nautas suos concessit, qvi hyeme simul transacta primo vere litem de his in publico Gronlandorum judicio, qvod Gardis celebrabatur, movit. Ibi Episcopus Einarqve magno comitatu stipati præsentes se stiterunt; & Einar qvidem violentius agens ostentui gentem suam Norvegis futuram dictitabat, si domi jus sibi lege definitum præripi[ssi]nerent, nec sperandum illos id

apud

apud exteros perſeqvi poſſe, qvod domi tueri neqvirent, Gronlandis legibus in Gronlandia vivendum, ſecundumqve eas, non exteras, cauſſas aut controverſias decidendas, prævaluitqve ejus potentia in tantum, ut diſſoluto judicio Auſſur diſcederet, animo inqvies, qvod ſupra æris hæreditarii jacturam in ora hominum pro ludibrio abierit. Verum qvò animum ultionis avidum aliqvo monumento declararet, duos in ſingulis navis lateribus verſus carinam aſſeres excidit. Inde in Veſtrbygdam profectus à mercatoribus Norvegis, qvi unà cum illo eo appulerunt, recipitur, qvorum duæ naves; alteri præfuit Kolbeinus Thorlioti filius & Ketill Kalfius: alteri Hermundus Kodranius Islandus, qvem Annales anno MCXCVII. deceſſiſſe memorant, cum fratre ſuo Thorgilſe, utriqve freqvens nautarum collegium. Inter mercatores unus qvoqve nominatur Iſagrimus. Hi eum invitarunt, ut apud ſe maneret, aliàs ipſum non ſatis tutum à machinis Epiſcopi & ſtrenuitate Einaris; verum ille ad villam

ubi diverſabatur rediit, qvæ Kidaberga appellabatur.

Cap. XXVIII.
De cæde Auſſuris.

Ut vero Epiſcopus laceratam navem cognovit, ira magnopere ſuccenſus, Einarem arceſſit, expoſtulatqve cum eo, qvod jurejurando injurias ſibi eccleſiæqve allatas vindicandas, refractarios perſeqvendos puniendosqve ſe obſtrinxerit. Manifeſtum hic apparere flagitium, contemptum Dei, Eccleſiæ ſuæ damnum præſens, vim & jujuriam capitalem commiſſam, injecta bonis eccleſiæ manu, ni vindicet ſe eum pro periuro habiturum. Ad ea Einar reſpondit, Factum qvidem domine turpe agnoſco, ſunt tamen, qvi nec ſine cauſſa perpetratum exiſtimant, irritatos erepta hæreditate animos etiam ad indigna abripi, nec ſibi conſtare, qvid ad hæc poſtulata jure reſpondeat. His ab invicem diſceſſum, Epiſcopo iram vultu facile prodente; cumqve ad Lan-

Langariesiæ templum sacris per Episcopum celebrandis cum freqventi auditorio uterqve iterum convenirent, eo qvoqve Aussur profectus, ad australem templi parietem cum domestico Episcopi, nomine Brando Thordi filio, colloqvebatur, monitusqve à Brando, si Episcopo cederet, omnia melius processura: negabat se post tantas injurias ad id induci posse. Hæc colloqventibus, Episcopus & Einar finitis sacris domum ad prandium à templo procedunt, cum subito digressus Einar in cæmiterium redit, ereptamqve parochorum uni securim in Aussuris caput dejicit, lethaleqve vulnus infligit; atqve ita ad prandium rediens se exadversum Episcopo tacitus collocat. Deinde Brandus, qvi cum Aussure collocutus fuerat, triclinium ingressus qværit ab Episcopo, num qvid novi perceperit? Is autem negans, si qvid adferret, edicere jubet. Ille stratum jam foris unum respondit. Interroganti deinde qvinam is fuerit, & qvo auctore, regessit, haut procul abesse, qvi perpetraverit, eum id qvam planissime explicare posse. Tum

Epiſcopus qværit ab Einare, an Auſſurem occiderit, qvo confitente; reſpondit, factum certe nec bonum, nec tamen inexcuſabile. Brando deinde poſtulanti, ut corpus ablueretur, ſolenniqve cantu efferretur, Epiſcopus, haut properandum, reſpondit. Einari autem contendenti, ut funus ei honorificum ritu Chriſtiano fieret, repoſuit, videri ſibi indignum, qvi in Eccleſiæ conditorio ſepeliatur, ſe vero id Einari gratificaturum, & qvidem ad illud idem templum, cum nullus ibi Eccleſiæ miniſter reſideat, nec prius qvam apparatu funebri elato, ullus per Sacerdotes canticorum ritus adhibitus eſt. His peractis, Einar haut exiguas turbas animo præſagiens, magnam culpæ partem in Epiſcopum conjecit, potentes namqve propinqvos cædem perſecuturos prædixit. Epiſcopus autem facile conſpirationem eorum diſcuti poſſe arbitrabatur, honeſtæ ſatisfactionis oblatione, modo ipſi ſibi moderari ſcirent.

CAP.

Cap. XXIX.

De cæde Einaris & compositione pacis.

Cædem Aussuris, qvamvis haut insperatam, cum mercatores cognoverunt, ad ultionem experrecti qvomodo eam exeqverentur, inter se deliberabant, nec viribus Gronlandis adeo impares sibi videbantur, utpote tribus navibus numeroqve nautarum & virtute instructi, modo qvi in Vestrbygda hyemarent, cum reliqvis unirentur. Simonem Krakum virum statura roboreqve egregium, Aussuris propinqvum, utpote qvem hæc caussa præ cæteris tangeret, ad jus perseqvendum deligunt, sed actionem Ketilli Kalfo, qvod juris Gronlandici gnarus esset, demandant, Kolbeinus qvoqve cum suo sodalitio excitur, qvi & ipse animo viribusqve alacris, admodum ægrè tulit civis sui cædem, non facto tantum sed exemplo qvoqve ignominiosam; qvæ neglecta, animos gentis ad injurias in Norvegos tanqvam viles animos, &

qvicqvid liberet audendum propediem accenfura videretur. Itaqve magno comitatu ad forum, fed minore tamen qvam conftituerant, procedunt, adverfa tempeftate tranfitum duarum navium è Veftrbygda impediente. Sockius tunc admodum fenex, fed auctoritate inter omnes præcipue pollens, componendis litibus adhiberi folebat, qvippe prudentia & æqvitate celebris. Is Ketillem & Kolbeinum accedens, arbitrium pacificandi pofcit, pollicitus, qvantumvis fangvinis ductu in filium pronior videretur, fe tamen ex fapientiorum confilio cuncta ad æqvitatis normam demenfurum. Ketill jure fibi experiendum refpondit, fed ita ut reconciliationem non refpuat, qvamqvis infvetam fibi vim injuriamqve ad eum usqve diem experti fint. Sockius ne tunc qvidem eos, fi viribus agendum effet, pares futuros, inqve incerto effe an publico hoc judicio plus lucrarentur, qvam fuo privato. Jamqve ad cauffæ difceptationem coram judice proceffum eft, cum Einar, atteri apud peregrinos gentis famam teftatus, fi alienigenæ civibus judicio

dicio superiores evadant, armata vi ruptis vinculis, qvibus circulus judicialis connectebatur, judicium dissolvit. Hac ratione præclusa juris via, Sockius eos iterum accessit, oblatamqve prius conditionem adhuc patere affirmabat. Ketill autem, post cumulatas novis veteres Einaris injurias, nullum compositioni locum futurum asseverans, cum suis foro excessit. Jamqve ver ad æstatem processerat, cum compositioni locus, Eid dictus, isthmum denotans, media æstate delectus est. Ad qvem mercatores Norvegici omnes, & cum iis tota nautarum turba Austrbygda Vestrbygdaqve profecta convenire destinavit. Qva conspecta, Kolbeinus negabat tam propere in conciliationem consensum fuisse, si præcognitum esset, tantas vires coituras: svasit itaqve in abdito sinu prope Gardas naves occulerent; qvo facto cum templo appropinqvarent, contigit, ut Einar cum campana sonaret simul accederet, id vero indignati mercatores, in honorem ejus fieri, & qvidem præter rationem interpretabantur, Ketill autem vetabat ei hæc

invideri, posse enim istum æris tinnitum ei ante vesperam in funebrem verti. Jamqve ad pretium pro compensatione Ausuris recipiendum, in crepidine qvadam considebant, Sockio & Hermundo Kodrani filio ad æstimandum singula constitutis. Interea Simon, ægri animi signa vultu præferens, in circuitu spatiabatur, usqve lorica vetus taxanda depromeretur. Tum vero haut ultra indignationem premens, projecta in campum lorica, ad ignominiam traxit, qvod res qvoqve despicatissimæ in tanti viri pensationem offerrentur, nitentiqve ad superiora, Gronlandi qvi ibi sedebant consurgentes oculos obvertebant; dum Kolbeinus solus, nemine observante, inter eos ad tergum Einaris evadens, eodem momento, qvo ille Simonem lethali ictu in capite percussit, ab eo inter scapulas mortifero vulnere sauciatur; qvo accepto concidens, nec id citra spem, respondit. Mox exortus alumnus ejus Thordus, dum Kolbeinum secure petit, ab Einaris acrius se commoventis secure in gutture vulneratus exanimis concidit. Jamqve pugna inter partes

tes accenſa, tanto ardore geritur, ut Steingrimus qvidam, dum ſe interponens, eos conciliare niteretur, pugione transfoſſus, ſuo qvoqve ſangvine locum prælii exanimis imbueret. Inter hæc Epiſcopus totius mali incentor, nunc qvoqve inutilis cladis tragædiæqve ſpectator, Einarem moribundum gremio qvoad exſpiraret fovit, id contigit ſupra crepidinem, juxta Gronlandorum tabernas. Tribus ſuorum occiſis, multisqve ab utraqve parte vulneratis, Kolbeinus ad navem cum cæteris Norvegis evaſit, transmiſſo Einarsfiordo ad Skialgsbudas pervenit; jamqve naves in apparatu erant. Metus autem à Gronlandis ultionem molientibus coëgit, ut in illis noctes exigerentur, ne improviſi forte opprimerentur, nam Sockius ad ultionem omnes indigenas concitabat, eosqve in navibus perſeqvi deſtinavit. Erat ruſticus prudens magna in re, nomine Hallus, qvi villam Solarfiall incoluit. Is noviſſime Sockio cum ſuo manipulo ſuccurſurus ſub finem prælii advenit, improbabatqve conſilium

ejus,

ejus, qvod parvis navigiis magnas naves, omnibus ad defenſionem conqviſitis inſtructas, aggredi ſtatuerit, incertus de ſuorum viribus, & qvamqvis de fortibus viris non eſſet deſperandum, tamen parem virtutem ab omnibus minime exſpectandam; futurum enim, ut puſillanimis qvibusdam dilabentibus, ductores qvoqve deficiant, resqve eorum ad interitum ſpectet, ſingulos igitur juramento adſtringendos ad vincendum aut moriendum. His auditis multi animos deſponderunt. Tum Sockio, ſine tamen compoſitione cauſſam turpiter deſeri, qveſto, ſe conciliatorem obtulit, moxqve ad naves accedens, tutone eos adire liceret, qværit: Illi admiſſum benigne excipiunt, mox de reconciliatione agens, qvantum damnum cladesqve accepta ſit, monet, hortaturqve ad pacem. Illi ſe in utrumqve paratos reſpondent, nec ſua, ſed indigenarum culpa, huc malorum proceſſum; ejus tamen bonitati ſe tantum tributuros, ut totius litis deciſionem ejus ſolius arbitrio committant. His ad Sockium,

um remissus, pariter qvoqve ab illo arbiter constituitur, diesqve & locus pacificationi destinatus est, ita tamen, ut interea ad iter dies noctesqve omnia apprope-rent, factaqve compositione qvam ocissimè naves solvant, ne longiore mora seni mærorem augeant, secus si qvem eorum intercipi contingeret, supplicio eundem qvoqve sine satisfactione afficiendum. His consensu partium approbatis, Ketill de commeatu anxius cum ejus defectu profectionem tardari, sed nec tuto suscipi prospiceret, jussit ut triginta simul armati in terram ascenderent, esse ibi rusticum nomine Thorarinum, cui cibariorum affatim; ad qvem cum de nocte pervenissent, vacua tantum domo reperta sine viatico abierunt. Inter virgulta vadebant, cum somnus Ketilli obrepere cæpit; ei cum paulisper indulsisset, exitus, multas sibi imagines oblatas, retulit, nihil referre si virgultorum unum evellat; qvo facto subterraneam cryptam deprehendit cibariis plenam, ibi enim rusticus sexaginta animalium corpora, duodecim butyri talenta minora (vætt vocant) piscium siccatorum

rum magnam copiam abſconderat; qvibus ablatis abunde ſibi proviſum exiſtimabant. Ad locum deinde pacificationi delectum utriqve convenerunt, cui Hallus has leges præſcripſit, ut cædes Einaris & Auſſuris inter ſe compenſarentur, dignitatisqve diſcrimen exilio mercatorum, qvibus ſtatim excedendum eſſet ſine reditus aut moræ venia; reliqvorum etiam cædes compenſatæ: Sed unius Gronlandorum, qvi ſuper numerum Norvegorum cæſus erat nomine Thorarinus, ære repenſa. His Sockius ſe ſupra ſpem gravatum exiſtimans, pactis tamen ſtetit. Dein glacies, ſinus omnes obſidens, abitu eos prohibebat; gratum id Gronlandis ſperantibus hac occaſione Norvegos capi poſſe, redituqve excludi, qvæ tamen, in menſium confinio repulſa, ſpem illorum omnino eluſit. Kolus in Norvegiam devectus, urſum Gronlandicum Regi Haraldo Gillio, qvi fratri Sigurdo ſucceſſerat, donabat, Gronlandosqve apud illum calumniatus eſt, qvod cum poſtea compertum eſt ſecus ſe habere, atqve ille retulerat, donativo Regio excidit; poſtea

Sigur-

Sigurdi Slembidiaconi in auſpicatiſſima auſpicia ſecutus, inter interfectores Regis & ipſe eum vulneravit; poſtremò, cum è Daniâ navigarent, ipſe Scaphæ à tergo alligatæ inſidens, cum tempeſtate abriperetur, ſub undis periit. Hermundus autem Kodrani filius cum fratre Thorgilſe in patriam ſuam Islandiam redierunt. Ipſe vero præſul in Norvegiam redux, cum Gronlandiam repetere nollet, novum præſulatum Hamarenſem à Cardinale Nicolao Breckeſparrio Albanenſi Epiſcopo, id temporis ſummi Pontificis Evgenii Tertii in Norvegiam legato inſtitutum eodem anno Salutis nempe MCLII. obtinuit, ita ut Gronlandorum, diœceſisqve Hamarenſis primus Epiſcopus idem Arnoldus habeatur. Nam Eiricus, qvi primus Gronlandorum Epiſcopus habetur, iis annumerandus videtur, qvi nullam certam ſedem aut reditus obtinuerunt, ſed â populo proceribusqve aſſumpti circumeuntes regiones eccleſias ædificabant, forſan etiam in Straumsneſia reſedit, qvi poſtea Vinlandiam exqviſivit. Arngrimi ſententiam adſcribam, qvæ talis: Commemto-ran,

„ Annales noſtri qvendam Eiricum Gronlandiæ Epiſcopum, Arnoldo priorem „ anno MCXXI, ſed (qvantum conjicio) ſuperior ille Gronlandiam non attigerat, aut ſi attigit cathedram tamen „ non adiit, eodem tamen deſtinatus. „ Nam anno MCXXI. ſcribitur inſulam „ Vinland infra commemorandam qvæſitum iviſſe, in qva navigatione forſitan periit. De Arnoldo autem Antiqvitates conſentiunt, qvod is omnium „ primus cathedralem Eccleſiam in Gôrdum fundatam adierit. In nomine Eirici mirum qvam Claudius Lyſcander relationes variat aut perſonas, nam ad annum MXXIV. unius Eirici inter presbyteros Gronlandiæ meminit, alterius ad annum MCXXI. qvi idem eſt cum hoc noſtro, qvem fidem Chriſtianam in Vinlandia plantaſſe, qvæ adhuc vigeat, tradit. Meminit & ad annum MLII. unius ejusdem nominis inſtituti à Nicolao Cardinale, qvem in Gronlandia ejusqve poſteros remanſiſſe tradit. Interfuiſſe deinde anno MCLVIII. in Islandia fundationi monaſterii Helgafellenſis, qvod tamen anno MCLXXXIV.

MCLXXXIV. fundatum Annales noſtri tradunt: Poſtremo obitum ejus in annum MCXLVI. refert, eiqve Arildum, qvi nobis Arnoldus, ſucceſſiſſe, anno autem MCCIX. diſceſſiſſe, perhibet.

Cap. XXX.

Continens catalogum Epiſcoporum Gronlandiæ, cum qvibusdam aliis notatu dignis, ex Annalibus, qvos ad manus habeo.

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
982	Hacon Comes			Eiricus Rufus Gronlandiæ primus incola & eponymus Gronlandiam invenit.
985				Rediit in Islandiam Eiricus.
986				Colonia ex Islandia in Gronlandiam 25 navibus traducta eſt, duce Eirico Rufo.

Æra Chr.	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
1000	Olafus Tryggvinus			Gronlandia â Leifo Eirici Rufi filio ad Chriſtianam fidem converſa eſt.
1023	S. Olafus			Gronlandi S. Olafo & Norvegiæ regno tributarii facti ſunt, ſed poſtea defecerunt, ut tradit Epiſcopus Theodorus Thorlacius ſecutus forte codic: Flat: in limine Færeyinga þatz in Hiſtoria S. Olafi, ubi tamen de defectione nihil habetur, neqve in hiſtoria S. Olafi qvicqvam de his invenio. Arngrimus Specim: Islandiæ Part: II. Memb: II. pag. 149 idem habet.
1121	Sigurdus Hieroſolymipeta.		Eiricus	De illo cap: ſuperiore dictum.

In

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
1124			Arnaldus	In Epiſcopum Gronlandiæ Lundæ Scanorum ordinatus eſt.
1126				Tres Epiſcopi in comitiis Islandicis convenerunt, Thorlacus Skalholtenſis, Ketill Holenſis,& Arnoldus Gronlandus.
1150	Eyſteinus Sigurdus & Ingius Haraldi Gillii filii		Jon Knutus, aliis Kutus	Ordinatus Epiſcopus Gronlandiæ conſenſu omnium Annalium; inter hunc Codex Flat: col: 850. (qvem Kauttum ɔ: catum ſeu felem cognominat) & Jonem Secundum, Henricum & Haraldum inſerit,ſine ulla temporis determinatione, qvod nullatenus conſiſtit ob ſucceſſoris Jonis Secundi initiationis annum.

Arnol-

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiscopi.	Gronlandiæ Episcopi.	Res memorabiles.
1152		Jon de Stafangria.		Arnoldus Gronlandiæ Episcopus Episcopatum Hamarensem in Norvegia obtinuit.
1185	Sverir Magnus.			Periit Navis Gronlandica.
1187		Eiricus.		Obiit Jon Gronlandiæ Episcopus.
1188			Jon. II.	Ordinatur Gronlandorum Episcopus, Codici Flat: Col: 850. Smyrill cognominatur ɔ: accipiter, Arnii filius, sine anni certi applicatione.
1189				Asmundus Kastanrazius cum duodecim nautis, nave clavis ligneis & nervis animalium compacta, Gronlandia Krosseyas & inde sinum Breidafiordum devenit, cum etiam in Finmarchia fuisset.

Cum

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
1190				Cum Islandia idem ſolviſſet, nihil de eo poſtea cognitum.
1202	Hacon			Jon Gronland: Epiſcopus iterum in Islandiam venit.
1212	Ingius Bardi filius	Thorer	Helgius Augmundi Hrappakolli filius, teſte Sturlungorũ hiſt: Part: 3. cap: 3.	Gronlandiam venit; hunc inter eos, qvi in Islandia fuerunt, Appendix ad Landnamam recenſet.
1230	Hacon Senior			Obiit Helgius Gronlandiæ Epiſcopus.
1234		Sigurdus	Nicolaus	Epiſcopus Gronlandiæ ordinatur.
1239				Epiſcopus Nicolaus tranſiit in Gronlandiam.
1240				Obiit ille.
1246			Olafus	Epiſcopus Gronlandiæ ordinatur; non ut Lyſcander ab Einare

Æra Chr.	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
				ad annum 1263. tradit.
1247				Olafus Gronlandiam petivit.
1261				Hoc autumno Oddus de Sioltis & Paulus Magni filius, & Leifus à nave Knarrarleifus dictus, poſt in Gronlandia qvatuor exactas hyemes redierunt, nunciantes Gronlandos in cenſum Regi Norvegiæ in poſterum dandum conceſſiſſe, ſancivisſe præterea, ut omnes multæ pro cædibus perpetratis ſive à Norvegis ſive Gronlandis, qvibuscunqve in locis, cultis pariter ac incultis, et-

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
				etiam ſi ſub ipſo polo committerentur, Regi penderentur, prout id graphice & enucleate ſuperſtite verſu Sturla depingit.
1262		Einar		Olafus Gronlandiæ Epiſcopus in Islandiam venit & ad Herdiſarvikam navem appulit.
1264	Magnus			Olafus idem videtur eousqve in Islandia manſiſſe, & tunc inde ſolviſſe, ſive iterum in Gronlandiam redux inde Norvegiam profectus; hæc namqve ambigua ſunt.
1265				Periit navis Gronlandica cum qvadraginta vectoribus.

Navis

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
1266				Navis Gronland: ad Hvitarneſiam in Islandia cum duodecim nautis periit.
1267		Hacon		Olafus Gronlandiæ Epiſcopus cum aliis Epiſcopis circumdedit Archiepiſcopo Haconi pallium.
1271				Olafus ſecunda vice Gronlandiam petivit.
1280	Eiricus.			Obiit Olafus Gr: Epiſc: Nota: Claudius Lyſcander inter hunc & Theodorum inſerit Bartholum Gregorium & Andream ad annum 1308. Qvod vero tradit, Gronlandiam qvoqve ſub ipſa obſeqvii initia obſeqvium exuiſſe, Magno parum de ea re ſolicito, unde habuerit

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
				rit, neſcio: Adjicitqve permiſſum Eirico Glippingo Daniæ Regi ſuis impenſis, ſi placeret, ad obedientiam redigere. Viſum autem Eirico Regis Magni Affini (ſororem enim patruelem ejus Engelbiorgem Magnus duxerat) ad dedecus Daniæ & Norvegiæ, detrimentumqve filiorum Magni propinqvorum ſpectare, ſi nuper imperio Norico acqviſita provincia, ut temere deficiens, ita importune derelinqveretur; itaqve claſſem copiasqve magnas eò miſiſſe, qvibus territi Gronlandi obſeqvium Daniæ, EiricoqveRegi fidelitatẽ

in

Æra Chr.	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
				in poſterum juraverint, cenſumqve & tributa, qvæ Magno negaverint, nave vacua remiſſa, qvæ ad ea avehenda ablegata erat, Danis reddiderint, idqve ad annum ſeculi ejus ſexageſimum tertium refert, vultqve contigiſſe ſub Epiſcopo eorum Olafo, qvi obiit eodem anno, qvo Rex Magnus, defectionemqve illam vel in odium Epiſcopi, vel occulto ejus inſtinctu factum exiſtimat. His ab Eirico geſtis, reſtitutam Magno ejusqve poſteris Gronlandiæ poſſeſſionem. Verum qvam hæc non conſiſtant, ex præcedentibus patet.

Gron-

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiscopi.	Gronlandiæ Episcopi.	Res memorabiles.
1288		Jorundus	Theodorus	Gronlandiæ Episcopus factus. Electum 1308. & anno seqvente ordinatum Hvitfeldius tradit.
1289				Trajecit in Gronlandiam.
1309	Hacon	Eylifus		In Norvegiam transfretavit : Annales chartacei hoc ad annum seqventem referunt.
1314			Arnius	Episcopus Gronlandiæ ordinatur. Theodorus obiit.
1315				In Gronlandiam transivit Arnius.
1343	Magnus Smeck	Paulus	Jon Calvus.	Ordinatur, vivo adhuc Arnio, eò qvod Archiepiscopus eum in vivis esse nesciret. Arildus Hvitfeldius inter Jonem (qvem 1351. or-

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
				1351 ordinatum tradit) & Arnium inſerit Alfum, 1325 conſecratum, Bartholdum Gregorium & Arndium.
1347		Arnius Vadius		Appulit navis Gronlandica in Islandiæ oſtium Straumsfiord, qvæ prius Marklandiam acceſſerat.
1352		Olafus		Dum Gyrdir Ivaris filius Skalholto, Gilbertus Bergis, Salomon Osloæ ſolenni inauguratione Epiſcopi conſtituerentur, ſoli Ormus & Jon Calvus Epiſcopi in Norvegia ſuperſtites præſentes fuerunt, reliqvos peſtis abſumſerat.

Al-

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
1378				Alfus Gronlandiæ Epiſcopus obiit.
1379	Hacon Magni fil.	Thrandus		Skrælingi Gronlandos oppugnarunt, ex iis octodecim occiderunt, duos pueros ceperunt, & in ſervitutem redegerunt.
1382	Olafus	Nicolaus		Navis cathedræ Skalholtenſis Thorlaksſud dicta, in Grondia tempeſtate orta, mari abſorpta eſt, nautæ acatio in terram enixi evaſerunt, multi qvoqve perierunt.
1383				Superiore æſtate alia qvoqve navis Olafsſud dicta eò qvoqve compulſa ibi tunc hyemabat; qvæ in Norvegiam navigans

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
				gans eos excepit, & avexit, cognitum tunc Epiſcop: Alfum ante ſexennium mortuum.
1385				Qvatuor naves Islandicæ in Gronlandiam ventis detruſæ biennium ibi ſine ullo damno permanſerunt.
1387		Vinaldus		Inter vectores nominantur Biarnius Einaris filius & Sigurdus Hvitkollus in Islandiam redierunt.
1389	Margareta.		Henricus	Gronland: Epiſcopus creatur. Hvilfeldus tamen & Pontanns anno 1386. in comitiis Neoburgenſibus, cum Olafus Daniæ Norvegiæqve Rex ſub

Æra Chr.	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
				ſub feſtum Divi Johannis Gerhardo Henrici Ferrei Comitis Holſatiæ filio Ducatum Holſatiæ contulit, inter alios regnorum Antiſtites Henricum Gronlandiæ præſulem memorant, qvi unà cum cæteris Epiſcopis pluribus eccleſiis cœnobiisqve veniales largitiones impertiverint. Ex qvo evincitur ante hunc annum eum ordinatum fuiſſe.
				Mis-

Æra Chr:	Reges Norvegiæ.	Archiepiſcopi.	Gronlandiæ Epiſcopi.	Res memorabiles.
1406		Aſkell	Andreas	Miſſus eſt ex Norvegia Epiſcopali dignitate inſtructus, ut Henrico ſuccederet, ſi is mortuus eſſet; nec poſtea ullus Epiſcopus fuiſſe memoratur. Diverſus hic Andreas fuiſſe videtur ab illo, qvi anno 1461 in Islandia fuit, & Gardorum in Gronlandia Epiſcopum Eccleſiæqve Schalholtinæ vice Epiſcopum ſev Vicarium ſe profeſſus eſt; qvi conſtituto ibidem duodecim ſacerdotum judicio presbyterum Eccleſiæ Hrunenſis Jonem Jonis filium accuſavit, qvod ſine Archiepiſcopi, & Capituli Nidaroſien-

ſis

fis permiſſu, ipſo cathedræ Epiſcopo (procul dubio Marcello) invito & contradicente, vicariatum ejusdem eccleſiæ invaſerit, eumqve officio & eccleſiæ ſuæ adminiſtratione multat, bonaqve ejus eccleſiæ cathedrali & Epiſcopo adjudicat, donec ad obſeqvium redierit, eccleſiæqve idoneis rationibus ſatisfecerit. Eodemqve anno ejusdem eccleſiæ reditus, ejusdemqve presbyteri bona nobili viro Thorleifo Biorni filio donavit. Horum duorum inſtrumentorum apographa penes me ſunt. Arngrimus autem utraqve ſe his verbis vidiſſe teſtatur, in ſuæ Gronlandiæ cap. IVti fine, poſtqvam Epiſcoporum Gronlandiæ recenſum egiſſet, qvorum ultimum Henricum circa annum 1389. poſuit. Eorundem porro, inqvit; qvi hoc ſecuti ſunt, nomina, non reperio usqve ad annum 1461, qvo Andreas qvidam præfuit. Is hoc anno in Islandia fuit, geſſitqve præter Epiſcopatum Gronlandiæ etiam Vice-Epiſcopatum Schalholtenſem in Islandia; cujus rei teſtes habeo tabellas qvasdam judiciales in mem-

V

„ membrana descriptas, & in Consistorio
„ Ecclesiastico ab hoc Andrea eodem an-
„ no confectas. Alteras qvidem in Sab-
„ batho, ante festum D. Bartholomei
„ proximo. Alteras die Veneris festum
„ nativitatis Divæ Virginis antecedente;
„ nec nostri Annales plures Gronlandiæ
„ Episcopos numerant.

CAP. XXXI.

Præcepta Archiepiscopi Eirici Valchendorphii nautis in Gronlandiam destinatis data.

Postqvam Archiepiscopus species mercium, qvæ in Gronlandia provenirent, indicem redegisset, hæc mandata subjungit.

I. Ne negligerent lapides, qvos superiori anno per literas sibi è Germania mitti postulavit, & primo vere Bergas expectaret, secum sumere ad aqvas, si opus esset, in itinere reficiendas.

II. Nec

II. Nec omitterent, aſſumere duo dolia atra terra repleta, per qvam deinde Vaſculis ingeſtam aqva marina ita percoletur, ut uſui eſſe poſſit.

III. Cum ad Gronlandiam pervenerint, caveant, ne plures qvam duos in terram exponant, ſeduloqve obſervent, qvomodo excipiantur, an & ſine periculo repeti poſſint.

IV. Severe qvoqve prohibet, ne ullis invitamentis allecti, plures nave egrediantur, qvàm ut reſidui eam cum ipſo gubernatore dirigere & domum reducere poſſint, accurateqve notare jubet viam & curſum ad Gronlandiam, locumqve, ubi emiſſi, ſi forte intercepti fuerint, nam intra annum tanta auxilia expectaturos pollicetur, ut non ſolum ſibi ipſis defendendis, ſed etiam captivis liberandis abunde ſufficiant.

V. Qvod ſi, ait, mei Clerici cognoverint, qvod ſive rector gentis, ſive populus miniſteriis ſuis indigeat, illa offerunto, ſive ſcribarum ſive capellanorum, ſive etiam mercenariorum reqviruntur. Admiſſi deinde ſe, prout res exigit, gerunto.

 VI. Ne

VI. Ne negligant duos aut tres hexeres & octeres cum remis aut armamentis huc deferre, suspendendos supra foros, ubi spatii minimum occupent, & à tempestate tutissimum.

VII. Terram conscendentes in desertis securibus silvas exscindant, deinde urant, focosqve magnos excitent, magnasqve & multas speculas, pluraqve monumenta relinqvant, cruces arboribus & saxis incidant, & id genus alia.

CAP. XXXII.
De Biorno Hierosolymipeta, & indiciis de Gronlandis posterioribus temporibus exceptis.

Anno MCCCXCI. Biornus Hierosolymipeta Islandiæ præfectus, de qvo Gronlandiæ cap. II. dictum, qvi ter Romam profectus, illo qvoqve anno Hierosolymam usqve piam peregrinationem susceperat; in reditu multa incommoda pas-

ſus tandem etiam adverſis ventis actus in Gronlandiæ deſerta, victualibus indigebat, primo in urſum niveum cum Roſtungo ferali bello concertantem (de qvorum pugna ſupra cap: XI.) incidit, utriusqve deinde potitus, id qvod fami compeſcendæ profuit: appulſus deinde conſpicuæ magnitudinis cetus Steipireidr (de qvo in fine cap: XII) affatim alimentorum, tum ipſi tum nautis ejus præbuit; hic jaculum Olafi Islandi de Iſafiordo, qvo trajectus erat, corpore circumtulerat. Ei Gronlaudi, prætes alia humanitatis officia, etiam præfecturam Eiriksfiordenſem gubernandam commiſerunt, ad ſuam ſuorumqve ſuſtentationem, unde centum triginta ovium armos, cum parte laterum, qvæ appendi ſolet, tributi, qvod donativum appellant, nomine comparavit. Nuper tunc Epiſcopus Gronlandiæ obiiſſe perhibetur. Is certe Henricus fuit, ante biennium Antiſtes factus, cujus vicem ſacerdos qvidam ſenex obiit, omniaqve Epiſcopalia munia expedivit. Traditur etiam qvod Epiſcopus Skalholtenſis Augmundus, qvi anno MDXXII. initiatus erat, ſed MDXL. officio

ficio

ficio se abdicavit; aliqvando in reditu in Islandiam tempestate in occidentalem oceanum ad Gronlandiam pulsus, cum aliqvantisper juxta litora in aqvilonem navigasset, circiter vesperam promontorium Herjolfsnesiam agnoverit, tamqve prope terram vela fecerit, ut homines, oves & agnos in septa compellentes, perspicue viderit. Inde ferentem ventum nactus, postridie in sinu Patreksfiordensi Occidentalis Islandiæ, navim ad anchoras alligaverit, idqve mane cum pecora mulgerentur, id est circiter horam nonam ante meridianam, id qvod minime consistit, vix etiam si nonam vespertinam intellexisset, ut ex Gronlandiæ cap: IX. apparet.

Nostra memoria, inqvit laudatus Biornus de Skardza, Jon Gronlandus dictus, mercatoribus Hamburgensibus diu ministrabat. Contigit autem qvodam tempore, ut navis, qvâ vehebatur, celsis Gronlandiæ rupibus tempestate adacta naufragium omnibus & interitum minaretur, cum derepente angustæ favces ex improviso patefactæ velut effuso sinu eam exciperent, qvas prætervecta, in ingen-

gentem latitudinem expanſu pelagus multas interſperſas inſulas complectens apparuit, tanta longitudine, ut terminos oculis ſignare neqvirent, nec ventis nec æſtibus infeſtum. Projectis ad incultam qvandam inſulam anchoris, continentem paſſim, multasq; inſulas cultu freqventatas obſervabant, qvas incolarum metu evitabant; nihilominus expedita ſcapha proximam ſtationi eamqve parvam accedunt, ibi navalia, piſcatorum caſas, ſaxeaqve gurguſtia ſiccandis condendisqve piſcibus perinde ut in Islandia exſtructa deprehendunt; humanum qvoqve cadaver in terra pronum jacens, geſtans capite cucullum bene conſutum, reliqva veſtis è ſago, pars è corio Phocarum, penes eum jacuit culter curvus & freqventi attritu extenuatus, qvem ſecum in Islandiam oſtendendum detulerunt. Hic Jon ter in Gronlandiam cum nautis appulſus, inde Gronlandi cognomen ſortitus eſt. His relationibus perſvaſi multi ſapientes viri, veterem Gronlandorum coloniam, qvantumvis à Skrælingis infeſtatam, non tamen adeo exciſam, qvin reliqviæ adhuc multæ ſuperſint, opinantur, idqve multis indiciis confirmant, præcipue pineis navium fragmentis, phocarum pice illitis, qvæ ad litora Islan-

landiæ appellunt, palmi latitudine, ubi afferes connectuntur, cum tamen conftet idgenus picem nullibi qvam in Gronlandia in ufu effe. Tale anno MDCXXV. in promontorium Reykiaftrandas expulfum viminibus multifariam & artificiofè contextum, cuneisqvè firmatum, in modum iftius navigii, qvod nervis confutum Afmnndum Kaftanrazium in Islandiam anno MCLXXXIX. devexit. Hæc ex iis, qvæ Biornus de Skardza compilavit, defumpta funt. His etiam addit, qvod non ita pridem presbyteri cujusdam Einaris Snorrii filii Ecclefiæ Stadarftadis fub Olduhriggo præfecti, lembus onerarius, indurato pifce repletus, in emporium miffus fubita tempeftate late in mare abreptus eousqve qvò Gunnbiornus olim pervenerit, unde Snæfellzjocull Islandiæ & Blaferkur Gronlandiæ fimul confpicerentur. Inde concluditur, curfum, qvem Eiricus Rufus primus præivit, eum qvoqve affecutum. His addit Epifcopus Theodorus, prope finem operis fui cap. V. qvod de novitiis Gronlandiæ indiciis infcripfit, ante aliqvot annos, in orientalis Islandiæ qvadrantem, acatii ramum appulfum, runicis literis notatum his verbis, Oft var ek dafadur ek dro þik ɔ: fæpe laffus fui cum te duxi.

Tantum de Gronlandia.



ADDENDA.

Pag. 9. ad finem Capit: adde, Arngrimus in Specimine Islandiæ Sect. 35. p. m. 34. semper qvantum sciret desertam tradit.

Pag. 18. lin. 13. post vocem Reikianesiam, usqve ad lin. 16. ita corrige: De Herjolfsnesia Biörnus de Skardsä ita: Herjolfsnesia omnium Gronlandiæ cultorum sepeliendi locus aqviloni proximus esse videtur, eô qvod ad sacram &c.

Pag. 33. lin. 29. ad vocem Furustrandas, Nota ex Annalibus Biorni de Skardsä seqventia: þeir Kölludu Strandirnar Furdustrandir, þvi langt þotti firir ad sigla.

Pag. 36. ad illa: Gronlandia parum in austrum deflectit promontorium Herjolfsnesia &c. conjectat hic Episcopus Thorlacius in observationibus in suam Gronlandiam legendum esse: Gronlandia parum in austrum deflectit, promontorium Herjolfsnesia omnium maxime evro proxima: & ita pag. 38. lin. 4. secundum ejus mentem legendum erit: austaz er Herjolfsnes &c.

X Pag.

Pag. 84. lin. 23. poſt verbum nolui, adde: amphibion illud Hugo Grotius Hiſtoriæ Belgic: lib. IV. p. m. 236. Morſam appellat & aliqvatenus deſcribit.

Pag. 104. initio Cap. XV. præpone. Victitant Grönlandi carnibus ferinis, bubulis, ovillis, caprinis, balenarum phocarumqve; lactariis piſcibusq; variis.

Pag. 124. lin. 16. poſt verbum omiſit, adde. nec inter alios auctores unde Gronlandicam Hiſtoriam collegit, hujus unqvam meminit: vid. partis 2dæ memb. ſecundum à pag. 150. ad p. 155.

Pag. 239. lin. ult. poſt verbum aſcribam; adde, ex Gronlandiæ ejus Capite qvinto.

Pag. 241. ad finem Capit. adde ſeqventia, cædem Einaris Arngrimus ſuæ Grönlandiæ fin. Cap. VIII. inter annos 1131 & 1136. haud inepte conjectat; tempore ſcil. Haraldi Gillii.

Pag. 243. lin. 5. ad illa verba: Lundæ Scanorum ordinatus eſt; adde ſeqventia. Eccleſiaqve cathedralis in prædio Gardis fundata, divoqve Nicolao dicata teſte Arngrimo,

Ibid.

Ibid, ad lin. 11. adde: Plura de Arnoldo ex Arngrimi ſpecimine Islandiæ p. 155.

Ibid, ad lin. ult. hæc adde: Arngrimus tam in ſua Gronlandia qvam Specimine annum ordinationis ejus 1156. ponit, Annales Gronlandiæ Biorni de Skards-a 1149. Arngrimus ſeqvendus eſt, non enim poterat ordinari qvamdiu Arnoldus præfuit.

Pag. 244. ad annum 1189. adde: Eodem anno tres Epiſcopi in Islandia fuerunt, Thorlacus Schalholtenſis, Brandus Holenſis & Jon Gardenſis ex Gronlandia.

Pag. 245. ad lin. 8. poſt vocem venit; hæc adde: docuitqve incolas vinum ex baccis nigris lendis magnitudine conficere, ſucco referente colorem ejus vini qvod Canariis adſcribitur, teſtibus Arngrimo Jona & Theodoro Thorlacio.

ibid. ad annum 1212. Ketill Balbus venit in Islandiam ex Gronlandia.

ibid. ad. annum circiter 1200. hæc legi poſſunt: Hic Claudius Chriſtophorus Lyſcander in ſua Gronlandia metrica inter annum 1183. & 1218. tradit Baggos

 (ſic

(ſic Norvegos appellat) in ejus, ſcil. Eirici, locum elegiſſe, Aſſerum qvendam, eiqve ſupremum Eccleſiæ jus in Epiſcopos, Presbyteros & Eccleſias contuliſſe: ab eoqve Jonem ejus nominis ſecundum Gronlandiæ Epiſcopum circa Annum 1205. ordinatum perhibet, qva vero auctoritate hæc ſcripſerit, neſcio. Meminit qvidem Arildus Hvitfeldius in Catalogo Archiepiſcoporum Nidaroſienſium Adzeri alias Eirici, qvem anno 1184. electum teſtatur; verum manifeſtum eſt Eyſteinum tunc in vivis fuiſſe; ut taceam diverſa hæc nomina ſibi invicem repugnare.

Pag. 247. ad annum 1263 adde: tres Epiſcopi in Foro Generali Islandiæ convenerunt, Sigurdus Schalholtinus, Brandus Holanus, & Olafus Gronlandus, ut Biornus de Skardſa in Annalibus Gronlandicis ad hunc annum teſtatur.

Ibid. ad annum 1264. poſt illa: hæc namqve ambigua ſunt, adde: Annales Biorni eum tunc Islandia exceſſiſſe perhibent.

Ibid, ad lin. ult. Nota, Hunc erorem errant

rant Annales Flateyenſes; ſed ad ſeqventem annum hæc pertinent.

Pag. 251. ad annum 1309. lin. 14. adde: Arngrimus in ſpecimine Islandiæ ad annum 1299.

Pag. 252. ad annum 1376. lege hæc: Alfus Gronlandiæ Epiſcopus ordinatus.

Ibid. ad annum 1357. Epiſcopus Jon Calvus Romam proficiſcitur ad impetrandum Præſulatum Holenſem: venit Holas 1359. indulgentiâ Papali ſe munitum gloriabatur, populo eum acceptare recuſante, qvod eam proferre aut nollet aut non poſſet, unde, poſtea ſe forſan cathedræ Gronlandicæ inſinuaverit. Arngrim. Specim. Isl. p. 249.

Pag. 255. lin. ult. adde ſeqq: Hic Vigfuſum Floſii filium in Islandia anno 1384. excommunicatum adqve curiam Romanam ad abſolutionem criminum calumniæ impetrandam, ablegatum, iſto onere & omnibus inſuper criminibus abſolvit: qvo is deinde tutus è Norvegia Islandiam repetivit. vid. Annal. Flat. ad annum 1391. Anno vero 1394. eadem abſolutio irrita facta eſt. vid. ibid. eund. annum.

INDEX.
Rerum memorabilium, qvæ in hac Hiſtoriâ occurrunt.

A.

Adamus Bremenſis unde Grönlandiam denominet. pag. 4.
Amicitiæ rarum exemplum. p. 143.
Andreas ultimus Grönlandiæ Epiſcopus, p. 256
S. Ansgarii Archi-Epiſcopi privilegium & jus Eccleſiaſticum in Islandiam qvale, & qvanti ponderis, vid. Præfat pag. 44. ſeqq.
Aqvila alba in Islandiâ viſa. p. 87.
Arena aurea ex Freto Davis advecta, Præfat. pag. 35.
Arii Polyhiſtoris de Grönlandiæ inventione teſtimonium. 15 & 16.
Arngrimus Jonas de incultis Grönlandiæ. pag. 32. & ſeqq.
Arnoldus primus Grönlandiæ Epiſcopus conſtitutus. p. 220 ſeqq. Ausſurem Norvegum interfici curat, & tur-

turbas excitat 228. in Norvegiam redit & Hamarenſem Epiſcopatum obtinet. 239.

Augmundus, Schalholtenſis Epiſcopus in Grönlandiam ſeculo XVI. delatus. 261.

Axelius (Ottho) ad explorandam Grönlandiam miſſus vid. Præf. 37.

B.

Bardus Dumbi filius 108. qvando in Islandiam migraverit, 116. Ejus in orbitate filiæ inſignis mœror 117. Snæfellsäs dictus, & qvare 119.

Berius (Ivar) qvis. vid. Præf. pag. 22. Ejus deſcriptio Grönlandiæ. 41. ſeqq.

Biörnus de Skardsä de Gunnbiarnarskeri inventoribus, 6. ſeqq. de Grönlandiæ incultis ex Hauko Legifero, 27. ſeqq. de Jone dicto Grönlando, 262.

Biörnus Hieroſolymipeta, 260.

Blaſerkus mons Grönlandiæ altiſſimus, pag. 14. & 80.

Brattahlid, ſuprema in Grönlandiâ ſedes pag. 19.

C.

Cakiunge, princeps gentis Grönlandis vicinæ. vid Præf. pag. 31.

Catalogus rerum memorabilium Grönlandicarum incipit, p. 241.

Cetorum in mari Grönlandico 23 genera, eorum natura, forma & magnitudo, p. 89. seqq.

Cœli in Grönlandiâ constitutio, 101.

Christiana religio in Grönlandia propagata, 129.

Christiani Tertii in Grönlandiam irrita legatio, Præfat. p. 28.

Christiani Qvarti in Grönlandiam legationes, Præfat. p. 32. seqq.

Conciliatio eorum qvæ de Chorographiâ Grönlandiæ scripserunt, p. 55. seqq.

Corvi albi in Islandiâ visi, 87.

D.

Diei navigatio antiqvis qvanta, 67.

Dofrini montes, 108.

Dumbicum mare à qvo dictum, ibid.

E.

Einar Socki filius in Norvegiam proficiscitur, 219 Aussurem jussu Episcopi occi-

occidit, 229. à Kolbeino in illius vindictam interficitur, 234.

Eiolfus Saur interfectus ab Eirico Rufo, pag. 11.

Eiricus an primus Grönlandiæ Episcopus 239.

Eirici Rufi genus, 9. & seqq. educatio 11. cum patre in Islandiam fugit, 11. uxorem ducit, ibid. Eiolfum Saur interficit ibid. proscribitur 12. ejus cum Thorgesto conflictus, ibid. Islandiâ exul cedit, 13. Grönlandiam invenit, 14. ibi sedem figit, 15.

Episcoporum Grönlandicorum catalogus, p. 241 & seqq.

Errores in Grönlandiâ repetendâ hactenus admissi. Præf. p. 38.

Exulum in Grönlandiam excursiones, p. 145.

F.

Fœminæ tres ex Grönlandiâ Hafniam advectæ, Præfat. pag. 36.

Forbisserus (Martinus) ad Grönlandiam explorandam missus. Præfat. 29.

Fra-

Fraternitatis jurandæ modus apud veteres, pag. 151.

Friderici Tertii legatio in Grönlandiam, Præf. 36.

Fridericus Epifcopus. 16.

G.

Gardæ Epifcopalis fedes in Grönlandia, pag. 74. & 77.

Gardarsholma, pag. 4.

Geftus larvatus, 161. ejus vires ibidem.

Glacies Grönlandica, 69.

Grimæ cujusdam artes, 192. feq.

Grönlandiæ nomen 1. homonymia ibid. Etymologia, 2. 3. qvo tempore inventa, 17. Grönlandiæ primi cultores 19. ejus fitus, 21. deferta, 22. & feqq. an ex parte culta, 23. qvanta, 24. Grönlandiæ divifio, 36. chorographia, ibid. usqve ad pag. 41. in Grönlandiam navigatio qvomodo inftituenda, 64. 71. Grönlandorum victus, 104. Grönlandiæ repetendæ confilia, vide Præfat. à pag 38. feqq.

Gunnbiörnus Gunnbiarnarskeri eponymus, 4 & 5.

H.

Haconis Adalſteini alumni & Haraldi Imperioſi Chronologia pag. 207.
Hafgyrdingur in mari Grönlandico, 101.
Hafſtrambur monſtrum, 97.
Hallbiörnus & Styrbiörnus in Gardarsholmam trajiciunt 5, inter eos conflictus, 6.
Halli Geit ſtupendum iter 25. ſeqq.
Haraldus Grænskius unde ſic dictus, 1.
Haukus Legifer de incultis Grönlandiæ, p. 27.
Heinſonius (Magnus) in Grönlandiam miſſus, Præfat. 29.
De Helga Bardi filia fabuloſa relatio, incipit, p. 107.
Herjolfus de Drepſtockio, 17.
Herjolfsneſiæ ſitus, 18.
Hvitſerkus mons Grönlandiæ, 84.

I.

JonGrönlandus, pag. 262.
Jötunheimi Theodoro Torlacio Nova Zembla, 24. eorum ſitus vid. Tabb.
Islandis Grönlandia notiſſima, Præfation. p. 17.
Islandiæ circuitus, 67. 68.
Ivar Berius, vid. Berius.
Juramentum fraternitatis qvale apud veteres, 151.

K.

Kalfus pag. 155.
Koli cujusdam prudentia, 139. Cædes ab eo commiſſa, pag. 145.
Krokarefus, vid. Refus.
KolbrunarSkalld, vid. Thormodus KolbrunarSkalld.

L.

Langaneſia, maximum Islandiæ promontorium, pag. 64.
Leifus Eirici Rufi filius, ad Chriſtianam fidem convertitur 127. eandem in Grönlandia propagat, 129.
Lindenovius (Gotſchius) in Grönlandiam

am à Chriſtiano Qvarto miſſus, Præf. p. 32.
Lika-Lodinn, 18.
de Lingbako Speculi Regalis monſtroſa narratio, 99.
Lodinus Brattahlide œconomus 163. ejus cum Thormodo Kolbrunarskallde rixæ, ibid. & 165. à Thormodo occiditur. ibid.
Lyſchander (Claud.) notatur, 17. & 240.

M.

Margya, monſtrum, pag. 97.
Merces in Grönlandiâ provenientes, p. 82.
Monſtra in mari Grönlandico 97. & ſeqq.
Montes Dofrini, 108.
Morbus prodigioſus, 135.
Munchius (Joh) ad explorandam Grönlandiam miſſus, Præf. 34. ſeqq.

N.

Navigatio diei veteribus qvanta, pag. 67.
Navigatio in Grönlandiam qvomodo inſtituenda, 64. 71. ſeq. ejus intermiſſæ cauſæ Præf. 23.

de

de Nelle (David) in Grönlandiam missus, Præf. 36.
Nordurliös, meteoron, 102.
Norvegi ab Islandis Austmanni dicti, 6.

O.

Olafus Tryggvinus, 127.
S. Olafi in Thormodum Kolbrunarskalld clementia, 159. & liberalitas 160. de eô fabula, 191.

P.

Parœciarum in Grönlandiâ numerus & situs, pag. 80. seq.
Phocarum Grönlandicarum varia genera, 87. seq.
Pontani de omissâ in Grönlandiam navigatione testimonium, Præfat. 24.
Prodigia 135. seq. 224.

R.

Refi (alias Krokarefi, item Rufi) natales & ingenium, 194. probra in illum conjecta, 196. Thorgesillum, seu Thorgilsem, & ejus filios occidit, 197. ejus in machina ligneâ formandâ mirum

artificium 199. à Gunnero inde expellitur 202. Bardum perſeqventem ſolertèr eludit, & occidit, ib. Granerum occidit, 203. & ejus cædem perplexis verbis fatetur, 204. Regem Daniæ donis ſibi conciliat, 205. de Reſi hiſtoriâ & anno natali judicium, pag. 207. ſeq.

Richardus (Chriſtian.) in Grönlandiam miſſus, Præf. 34.

Roſtungi deſcriptio 82. ſeq: ejus cum urſis pugna, 84.

S.

Saxum in Grönlandia ſciſſile, pag. 54.

Sigvardi Niali filii profectio, 222.

Sinuum Grönlandiæ numerus & ſitus 39 ſeq. 51. ſeq.

Snæfellsäs, vid. Bardus.

Snækollus parricida, 49. ejus pœna ibid.

Skrælingi & Skrælingialandia, 81.

Skufus, Regis Olafi ſatelles 160. ejus prudens conſilium, 166. in Thormodum Kolbrunarskalld inſignis fides, 174. ſeq.

Ströms-

Strömsnesiæ templum celebre, pag. 55.

T.

Templorum in Grönlandiâ numerus & ordo, 50. seq.

Testimonia Islandorum, unde hic liber concinnatus, Præf. 20.

Thorkelis Farserki stupendæ vires, 20.

Thorlacii (Theodori) descriptio Grönlandiæ, 53. seq.

Thorgils Orrabeinii alumnus, 130. ejus prodigiosa somnia, ibid. constantia in fide 131. in Grönlandiâ detinetur, 136. ejus calamitates, 138. in educandô filio mira solertia, ibid. Hrolfi in eum benignitas, 142. ab Eirico Rufo minus benignè excipitur, 144. ejusdem adversus latrones dolus, 148. eos cædit, 149. senex moritur, 150.

Thorgeir Havaris filius 152. ejus ingenium & vita ibid. & seqq. admirabilis fortitudo & mors, 156.

Thor-

Thorarinus Offius, 153. ejus contra Thorgeirem ſtrategema, 854. in mortuum ludibria, pag. 156.

Thorgrimi Trollii faſtus, 168. Ejus cædes à Thormodo Kolbrunarskallde perpetrata, 171.

Thordiſis de Launguneſiâ contra Thormodum Kolbrunarskalld perſecutio, 181. ſeqq.

Thormodus Kolbrunarskalld naſcitur. Ulturus ſocium ex Islandiâ in Norvegiam proficiſcitur, 158. cædem ibi patrat, 159. à Rege vitâ donatur, ibid. cum Lodine confligatur, 164. 165. 171. Torgrimum Trollium interficit, ibid. callidè evadit, 172. ejus cum Skufo & Biarnio colloqvium, 173. ſeq. illorum beneficio occultatur, 175. cum nepotibus Trollii confligatur eosq; ſuperat, 177. ſeq. Grimæ artibus tegitur, 184. cum Lioto confligatur, 188. eum cum comitibus occidit, 191.

De Trando Norvago relatio fabuloſa, p. 212. ſeq.

Tröllbotnar, 81.

V.

Valchendorphius (Eiricus) ad explorandam Grönlandiam miſſus, Præfat. 27. ejus hiſtoria, 70. præcepta, Grönlandiam petituris data, 258. ſeqq.

Vaſa Grönlandica qvalia, 54.

Ventorum qvot & qvos antiqvi ſeptentrionales obſervarint, 66.

Verelii (Olai) de Hallo Geit relatio, 25. ſeqq.

Vinoldus Epiſcopus in Grönlandiam miſſus, Præfat. 25.

Urſi Grönlandici, 85. ſeqq.

Y

Yxna-Thorer, 19. ejus liberalitas, ibid.

Emen-

EMENDANDA.

Præfat. pag. 42. lin. ult. lege velim. P. 2. lin. ult. pro dipthongo subſtituatur ſimplex e. P. 3. l. 2. lege pronunciante. ibid. l. 14. lege græn. ib. l. 16 & 17. deleantur hæc verba & ſupinum grænt. P. 4. ad l. 10. & 11. deleant. notæ citationis cum verba illa itane ex fama tantum &c. auctoris ſint non vero Adami Bremenſis. Pag. 8. lin. 11. lege maritimo monte nomine Ritur ſinus Iſafiordenſis. ib. lin. antepenult lege Haldoris. Pag. 11. lin. 6. lege Thorhillde, aliis Thiodhillde. ibid. l. 9. lege qvadrantem. P. 12. l. 20. lege tracti. P. 13. l. 10. lege Styr. P. 17. initio Capitis IV. lege Bardi. P. 19. l. 17. lege inhabitavit. P. 20. l. 5 & 6. lege exciperet. ibid. ſub finem Capit. lege Vinlandiam. P. 21. l. ult. & pag. 22. l. 1. lege habitabile. P. 22. l. 1. & 2. lege Forbiſſeri. P. 23. l. antepenult. lege alia. P. 26. l. 17 & 18. lege undiqve. ib. l. penult. lege Hedinseyamqve. P. 28. l. 5. lege presbyter. P. 29. l. 18. lege garo. P. 30. l. antepenult. lege Ꝺldın. ib. l penult. lege Falgeirs. P. 33. l. 19. lege Furuſtrandas. ibid. l. ult. lege nivoſis. P. 35. l. 4 & 5. lege tractus. ib. l. 5 & 6. lege interpedinem. ib. l. 11. & 12. lege topographia. P. 37. l. 5. & 6. lege Hrakbiarnarey. ib. l. 6 & 7. lege Alftafiordus. P. 38. l. 3. lege horſir. ib. l. 7. lege Eyreksfiardar. ib. l. 20. lege Auſtkarsfiordur. ibid. lin. penult. lege Steinsfiordr. ib. l. eadem & ulti. lege Bergþorsfiordr. P. 39. l. 6. lege firır. P. 39. l. 19. lege Melracknefiæ. P. 40. l. 6. deleantur

hæc duo verba tunc Strandafiordus utpote qvæ bis posita sunt. P. 41. ita inscriptionem cap. lege Continens Ivaris Beru descriptionem. ibid. l. 16. lege Biarneyas. P. 44. l. 7. lege sylva. P. 47. l. 1. deleatur vocula: magna. ib. l. ult. & penult. lege proxime. P. 51. l. 7. & 8. ita legatur: hominum sive ethnicorum sive Christianorum nulli visuntur. P. 52. l. 3 lege Austkongsfiordum. ib. lin. ult. lege Bergthorsfiordr. P. 58. l. 8. & 9. lege Solvadalum. P. 62. l. 11. lege Eyrarfiordus. P. 64. l. 5. lege perspicacioris. P. 66. l. 19 & 20. lege navigandum. P. 67. l. 14. lege septidui. P. 69. l. 14. lege adeo. ibid. l. penult. lege propere qværeretur in hanc impingeretur. P. 71. l. 3. lege aliqvot. ib. l. 18. lege conspicitur. ib. l. 14. & seqq. lege Hac viâ insistens, intercedente Oceani triente ab Islandia, duobus ab Irlandia sive Hibernia dirimitur, sive huc usqve in occidentem proceditur &c. P. 72. l. 22. lege etiam. P. 73. l. 13. pro Islandiæ lege Irlandiæ. P. 74. sub finem Cap. lege deinde. P. 76. l. 6 & 7. lege Grænlandsfiordinn. P. 78. l. 1. lege egregiæ. ib. l. 17. lege Olafo. P. 79. l. 12. pro ab lege ad. P. 83. l. 3 & 4 lege seqviulnam. ibid. l. penult. inter voces Islandi & Gronlandi interseratur particula nunc. P. 87. l. 2. lege Gronlandica. P. 88. l. 22. lege halitu. P. 91. l. 3. lege Hahirningr. P. 92. l. 21. lege garum. P. 94. l. 3. lege juxta. ib. l. 7. lege navigia. ibid. l. 17. lege naves submergere destinat. P. 96. l. 14. lege caudam. ibid. l. 19. lege aut. P. 98. l. 20. lege

lege manibus. P. 99. l. 9. lege ejus ad ulnarum. P. 101. l. 7. lege nullibi. P. 103. l. 2. lege ferrentur. P. 104. l. 6. lege obſtupuiſſe. P. 105. l. 11 & 12. pro Germanus lege Gallus. P. 108. l. 14. 15. 16. deleantur verba parentheſi incluſa; nam in Serie Regum Daniæ correcta ſunt. P. 110. l. 12. lege Dofris. P. 111. l. 13. lege Barnaſa. P. 113. l. 6. lege foſtra. ibid. l. 11. lege aundvert. ib. l. 23. lege pervagata. P. 114. l. penult. lege pauciores qvoqve. P. 118. l. 4. lege Raudſeldsgia. P. 119. l. 2. lege delevit. ib. l. ult. pro index lege inde, id eſt: P. 120. l. 17. lege navem. P. 121. l. 15. lege Skioldi. P. 123. l. 2. lege digniores. ib. l. ead. lege redamarent. ibid. l. 13. lege qvadrante. ib. l. 16. lege qvadrantis. ibid. l. 21. lege diſtrictus. P. 124. l. 15. lege hic cum occupationes &c. ibid. l. 19. lege Trollakyrkiu. P. 128. l. 4. pro rivis lege civis Gronlandiæ, illius qvi &c. P. 132. l. 3. pro his lege hic. P. 138. l. 16. lege mihi. P. 140. l. 5. lege eos. P. 143. l. 5. lege diſcendensqve. P. 144. l. 10. pro ad lege id. P. 146. l. 16. lege nomine. P. 149. l. 8. lege multa. P. 151. ab initio Capit. lege ſocietatem. P. 152. l. 6. lege paræcia. p. 153. l. 9. lege ingenin à ſuo parum &c. ib. l. 22. lege Thorgeir. P. 155. l. 1. lege Kalfus & Steinolfus. P. 158. l. 10. lege eadem. P. 159. l. 8. del. vocula ſe. P. 161. l. 2 & 3. ita corrige; ſtaturâ procerâ, perſona Geſti nomine pileo & facie velata &c. P. 162. l. 17. pro utras lege utraqve. P. 163. l. 2. pro his lege hic. ib. l. 13. lege Thorkel. ib. l. ult. lege ali.

qvan-

qvanto. P. 165. l. 18. lege coriaceos. ib. l. 22. lege Thorkele. P. 173. l. 1. lege dimisit. P. 178. l. penult. lege advecti. P. 182. l. 20. pro cellam lege sellam. P. 183. l. 11. pro qvod lege qvid. P. 184. l. 9. lege tectum. ibid. l. 12. pro cella lege sella. P. 185. l. 6. & 7. lege divinantes. P. 182. l. 1. lege parum à Laungunesia. P. 190. l. 17. lege tandem. P. 205. l. 23. lege filiis. P. 207. l. 15. lege animadverso. P. 209. l. 14. lege monstrat. ib. l. 25. deleatur ultima lineæ syllaba. P. 210. l. 13. lege propior. ib. l. 16. lege imperiosus. P. 212. l. penult. lege is in Uplandis. ib. l. ult. lege Arnini. P. 215. l. 6. lege hypogeum. P. 216. l. 7. lege adhibito. P. 221. l. 4. lege expedivit. P. 224. l. penult. lege diruto. P. 227. l. 17. lege Kalfus. P. 228. l. 5. ab initio Capit. lege illatas. ibid. l. 9. ab initio Capit. lege injuriam. P. 231. l. ult. lege animas. P. 236. l. 4. lege qvamvis. P. 237. l. 20. lege excitus. P. 239. l. 1. lege inauspicatissima. P. 243. expunge qvatuor ultimas paginæ lineas. P. 244. l. 7 & 8. lege periit navis Gronlandica in Islandiâ. P. 248. l. 4. lege Hitanesiam. ib. l. 5 & 6. pro duodecim lege qvadraginta. P. 253. l. 13 & 14. lege Gronlandia. P. 254. l. 15. lege Biornus. P. 257. l. 19. pro hoc lege hos. P. 258. l. 3. ab initio Cap. lege in indicem redegisset. P. 261. l. 13. lege præter. ib. l. 16. & 17. ita corrige: centum & triginta ovium armorum paria 9. ducentos & sexaginta armos cum parte laterum &c. P. 264. l. 7. lege Asmundùm. ib. l. 23. pro ramum lege remum.

NOTA.

Scripſeram in Præfatione pag. 41. inviſuros Grönlandiam loricis muniendos eſſe. Intelligo autem Loricas linteas qvalibus veteres uſi ſunt, teſte Svet. in Galb. cap. 19. & Cauſaub. in notis ad eundem L. qvæ qvomodo conficiebantur vid. Hofmanni Lex. univerſ. voce *Lorica* & loca ibi citata, conf. Nicetam Coniat hiſt. Iſaaci Aug. lib. I. cap. 8. & Pont. pag. 347.

LECTORI BENEVOLO S. D. AUTHOR.

Facere hic non possum, qvin uno verbo orbi literato indicem metamorphosin illam, qvam me absente & inscio passa est mea Series Regum Daniæ, nunc *Universi Septentrionis Antiqvitates* vocata; ne qvis nesciat eundem esse librum qvi à me sub titulo Seriei Regum Daniæ passim citatur; neve putet vitium hoc meum esse, qvod iste titulus plura promittat qvam præstet. cæterum Analecta ad eandem seriem nonnihil forte lucis affusura & indicum locupletissimum ad prælum paravimus, propediem si Deus & dextera sors faveat exspectanda. Vale L. B. & nostris fruere.

FINIS.



